solatiōis patrie ad executionez actus fortitudis. Si rex etiam aut alius vir fortis militiam bellum pro repetenda vxore aut restitutione ablatorum per concupicentia moderatā istarum rerum fiet pugnator. In quo argumēta nō placet michi sancti doctoris solutio que michi videtur deficere in tribus primo in hoc q̄ dicit q̄ ira non valet ad actum sustinendi; sed tantum ad actum aggrediendi. Contra hoc dico q̄ ira moderata valet ad ledendum aduersarium omnimodo quo dictat circa ratio eum esse ledendum siue expectando siue aggrediendo siue sustinendo siue feriendo. Et q̄ ira valeat ad sustinēdū patet: quia ira ꝛ furor maxime facit hominem insensibile inter vulnera et ictus ergo facit eum maxime perdurare intollerantia passionum. Sed hanc tollerantiam et sustinenti ipse ordinant in inuasionem ipse enim sustinet ictum vt interre posit ꝛ patitur vt aggat. Nec videlicet quod dicit S. thomas q̄ ad iram pertinet insistere dico enim q̄ ad iram moderatam. pertinet insistere cum insistendum est. Sed q̄r aliquando non potest commode insistere nisi prius sustineat et patiatur: Ideo ad iram aliquādo pertinet sustinere vt tandem commodius insistat. Deficit secundo in hoc q̄ dicit q̄ tristicia non coadiuuat ad aggrediendum nisi per accidēs: inq̄tum scilicet aliquis periculo se exponit vt tristicias fugiat. ¶ Contra si sic sequeretur q̄ ira etiam non valeret nisi per accidens: inq̄tum scꝫ aliquis periculo se exponit vt aduersarium vindicet dico. q̄ circa hoc q̄ duplex est tristicia: vna est rerū impertinentium bello. vt tristicia de morte filii vel vxoris q̄ mors nō est ex bello nec in bello: sed ex alia cā et alio loco contingit. ꝛ de ista concedo q̄ non valet nisi ꝑ accidens. Alia est tristicia rerū pertinentium. vt tristicia rerū ablataꝝ ab hostibus tristicia ex desolatiōe patrie vel occisione filii in bello suscept⁹. Et ista facit regulariter homines magis pugnaces. Alia aūt nō nisi ꝑ accidens. Nec vꝫ ratio. S. thome: q̄ ait q̄ per tristiciā scꝫ propriā rationem succumbimus nociuo. Dico q̄ duplex est tristicia. vna immoderata deficiens et absorbens et de illa concedo. Alia est moderata et afficiens tantum. ꝛ de illa nego. In irato enim est tristicia. imo ipsa ira tristicia est. In zelante etiam est tristicia: imo secundū. Aristotelem zelus tristicia est: non quidem deficiens et absorbens: sed afficiens tantum. ¶ Tercio deficit in hoc q̄ dicit q̄ concupiscentia non valet nisi per accidens inq̄tum scilicet aliquis vult pocius pericula subire quam delectabili carere. Dico enim q̄ concupiscentia per se adiuuat vt patuit in exemplis positis. Et de his omnibus patet ex textu allegato arguendo ad dubium. Quicquid enim per se vult efficaciter aliquid vult ꝑ se tollere omnem causam impeditiuam illius. Tum enim quia (vt dictum est) homines concupiscentes fiunt pugnatiores. Tum quia propter concupiscentiā fit vt ablatio rei concupite videatur esse maior parumpenso. Et ita concupiscentia augmentat iram. ¶ Ad rationem autem. S. thome concedo q̄ concupiscentia primo tendit in bonum delectabile quia non potest tali bono potiri sine remotione impedientium: ideo secundario tendit ad remotionem huius impedimenti. Ad quintā ꝓbationem nego minorez de ira moderata dico enī q̄ licet ira moderata non mouet secundum totum impetum suum sed secundum iudicium rationis ita nec etiam impedit eius deliberationem vbi noua deliberatione opus est. Si tamen beatus thomas nō voluit dicere nisi q̄ ira directiue et immediatius facit hominē magis pugnacē q̄ tristitia vel concupiscentia non sibi contradico. Si autem simpliciter velit negare vniuersaliter. q̄ fortis nec tristicia nec concupiscentiā assumit ad executionem actus fortitudinis quia non valent nisi per accidēs nec reddūt homines pugnatiores hoc

tho. 2. 2. que. 123. arti. 10.

tho. vbi supra.

opi. doc.

tho. vbi supra.

expo. doc

Rz dubiu salua tãti viri reuerentia nõ michi videt verũ. ¶ Dubiũ secundum est de hoc q ex Aristotele dictum est q for-
argumẽ. titudo maxime est circa repentina pericula. Cõtra hoc
tho. 2. 2. enim arguitur primo auctoritate Tullii dicẽtis q for-
que. 123. titudo est considerata periculorũ susceptio et laborũ
arti. 9. perpessio sed illa sunt repentina que sũt inopinata in-
preuisa et inconsiderata igitur. Scdo arguit p illõ Ambrosii primo libro de officiis: fortis viri est non dissimulare cũ aliquid immineat: sed precedere et tanq de specula quadã mentis obuiare cogitatione prouidis rebus futuris, ne forte dicat postea: ideo in ista incidi qr non arbitrabar posse euenire sed vbi est aliquid repẽtinum ibi non potest prouideri in futurum ergo fortitudo non est circa repentina. Tertio secundũ phm̃ iertio ethicorũ fortis est bone spei, sed spes expectat aliqd in futurũ ergo operatio fortitudinis non est circa repẽtina. ¶ Pro dubio est aduertendum q quadrupliciter potest intelligi fortitudinem esse circa pericula repentina vnomodo quantum ad actum eius elicitũ ita scilicet q habeat electionẽ circa. Secundomodo qñtum ad manifestationem virtuosi habitus inexistẽtis. Terciomodo quantum ad moderationem passionis inde causari ex illo periculo repentino et repentine apparente. Quartomodo sic q repentinum fit cõdicio quã
nota. fortis per habitum fortitudinis nititur ponere in materia circa quam est. Sit igitur prima conclusio fortitudo non est circa pericula repentina primomodo et
pmomõ. probatur quia fortis nõ intendit q pericula circa que versatur sint repentina et inpreuisa et nouiter emergentia sed quantum potest nititur ea preuidere et precognoscere vt eis secundum dictamen recte rationis occurrat et quantum potest preuidere nititur vt quecũque intercurrere pericula possunt preuideat, et quomõ eis obsistendum sit excogitat. Et hoc est quod voluit dicere ambrosius in auctoritate allegata ad dubium et similiter. Tullius in diffinitione fortitudinis: hoc idem voluit. Gregorius in omelia: cum dicebat. Iacula que preuidẽtur minus feriunt, et nos mala mundi facilius ferimus si contra ea clipeo prescientie premunimur, neq solum volunt iste auctoritates q fortis pericula que subit non cupit esse repentina: sed etiam q qñtum potest facit et nititur ne repentina sint et inpreuisa. ¶ Probatur etiam auctoritate Ciceronis primo de officiis dicentis, fortis vero animi et constantis est non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici vt dicitur sed presẽti animo vti et cõsilio nec a ratione discedere. Quamq hoc animi: illud etiam ingenii magni est, futura percipere cogitatione et aliquando ante constituere quid accidere possit in vtramq partem: et quid agendum sit cum quid euenerit: nec committere: vt aliquando dicendum sit non putaram. ¶ Secunda conclusio. Fortitudo est circa pericula repentina tercio modo. Probatur quia si forti cũ in acie est aut extra aciem quedam pericula subito apparuerit que preuidere non potuit aut defacto non preuidit et ab his periculis impellatur ad timorem et fugam sicut multis non fortibus cõtingit: ex habitu fortitudinis fortis cohibet timorem et in his periculis viriliter persistit nec fugit, et hec est intentio Aristotelis dicentis q fortitudo versatur in periculis repentinis. Fortis autem (inquit) erat terribilia hominum existentia et non apparentia sustinere, propter quod fortioris videtur esse in repentinis timoribus et impauidum et inturbatum esse q in prima infestia. Ab habitu enim magis: quoniam minus ex preparatione. Tertia conclusio: Fortitudo est circa pericula repẽtina primo mõ
tho. vbi Et ponitur ista conclusio contra Thomã oppositum
supra ar dicentem. Duo sunt (inquit beatus Thomas) in opere for-
ticulo. 9. titudinis: vnũ quidem qñtum ad electionẽ ipsius, et sic fortitudo non est circa repentina. Michi autem salua eius reuerentia videtur contrarium. Et pbo sic. Fortitudo sm eum est circa repentina qñtum ad manife-
Impro stationẽ habitus virtuosi: sed non in antichristi habi-
ba. tho. bitus viri nosus sine actu & est circa repentina qñtũ ad actum sed non qñtũ ad actũ exteriorẽ tñ, qr act9 exterior sine interiore non est actus virtutis. ergo ẽ circa repentina quantum ad actum interiorem sed actus interior fortitudinis est electio ergo est circa repentina pericula quantum ad electionem. ¶ Secũdo: Terribilia subito et nouiter emergentia inclinãtia cum vehementia mentẽ indigent noua firmitate mentis vt nõ terreatur et psistat. sed hec noua firmitas fit per nouam electionem: ergo circa picula repentina est noua mentis electio ex hitu fortitudinis elicita. ¶ Tercio pono casum q forti pficiscẽti ad bellum nulla fuerit adhuc deliberatio de modo et genere pugne, nec cõgnitio certa de grauitate piculorũ et sibi inspate et inopinate occurrant ex insidiis hostes. Tunc sic fortitudo istius nõ potest exire in actũ pugne nisi per nouam electionẽ: ergo necesse est fortitudini huius si velit decertare et nõ affici iore idebito noua electionẽ habere. sed ista electio habetur circa repentina. & fortitudo qñtũ ad electionẽ est circa repentina. ¶ Quarto: Nouus timor non põt cohiberi nec moderari nisi per nouã electionẽ. sed ista picula repentina inclinãt nouiter ad timẽdum, ergo ad hunc timorem cohibendum exigitur noua electio. ¶ Quinto qdq põt ratio et cogitatio sine habitu ĩ diuturno tpe, illud põt habitus intensus in tempore paruo et exiguo. sed in periculis puisis põt ratio et cogitatio dirigere electionem: et mediante ista directione voluntas ex arbitrio suo elicere. ergo hec oĩa potest habitus fortitudinis in tpe exiguo et paruo sed hoc est fortitudinẽ habere electionẽ circa pericula repentina igitur. Pro hac ratiõe in qua ꝯsistit fundamẽtũ ꝯclusiõis, aduerte q habit9 facit prõptitudinẽ. Nam q̃ sine habitu facim9, ex multa et lon-
ga consideratione per habitũ subito operamur. vt Nota.
patet in citharisantibus. fortitudo aũt ad executionem sui actus multos sibi habitus coniungit scz industriã bellicã vsum armorũ: peritiã expectandi, aggrediendi, et multa alia q̃ cu fuerint in viro forti et occurrerint pericula repentina: ipse subito et quasi in nõ pfecto tẽpore inclinat. et dirigit in noticiam eorũ que contra picula subito emergentia facienda sunt et ad reprimendũ timorẽ que ex hmõi apparentia piculorũ nouiter emergentiũ insurgit. Et hanc rationẽ intendebat Ari. in tercio ethicorũ cum dicebat. Premanifesta igitur quidem et si ex ratione et ex cogitatione aliquis preeligat: repentina aũt sm habitũ. Vbi Ari. expresse dicit q fortis se habet in electione periculorũ per habitũ fortitudinis circa repẽtina. quõ se habet non habens habitum fortitudis per rationem et cogitationem circa premanifesta. ¶ Quarta conclusio. Fortitudo est circa pericula re-
pẽtina secundo mõ. hec ꝯclusio est Thome. Et probat Thome
si facere ea q̃ sunt virtutis sine multa deliberatione vbi sup.
arguit et manifestat habitum illius virtutis inesse ergo habitus fortitudinis maxime manifestatur p hoc q fortis bene se habet circa pericula repentina. Consequentia tenet quia i his nõ potest cadere multa deliberatio. Hec in sentẽcia rõ est thome. In qua rõne dicit q fortis facit ea q̃ sunt fortitudinis in repentinis. Dicit etiã q contra eadẽ pericula repentina habitus fortitudinis firmat animum. et cum ista non fiat sine eleccione qr nõ essent actus moraliter boni: sequitur ex istis q scdãr tercia ꝯclusio sit vera. Ad rões dubii dico q illa consideratio in habente

habitum intensū fortitudinis pōt haberi circa repētina
et in exiguo tempore. ¶ Ap scđam dicit̄ q̄ est p̄ prima
conclusione ⁊ probat q̄ fortis q̄ntum pōt cauere debet
ne picula sibi sint repētina. Si tñ hoc vitare non possit
p̄ fortitudīs habitū bene se habet circa ea q̄ in p̄meui-
sa fuerunt. ¶ Ad tertiū dico q̄ etiam in periculis repēti-
nis fortis est bone spei. picula enim repentina cum per
habitum fortitudinis bene sustineantur hñt aliqd fu-
turitionis. Ideo enī dr̄ picula quia in eis exponimur
alicui malo vel captiuitatis vel mortis: quod malum
nondum est presens. sed fortis confidit euadere: imo ea
dem mala aduersario infligere.
Tercium dubium. Tho. vbi supra ar. 7. ¶ Dubium tertium est de fine fortitudinis. Et videt̄ q̄
finis fortitudinis sit opatio eius per Ari. ethicoꝝ tertio
dicentem q̄ fortitudo est bonū forti: bonū zidē finis. et
accipit̄ ibi fortitudo pro actu scđm Thomā. Pro du-
bio est aduertendum q̄ nos hic non inq̄rimus de fine
omnibus virtutibus cōmuni qui scđm Augustinum est
beatitudo vel deus ipse scđm illud qđ ait. xxxiii. de ciui-
tate dei. virtutes quas ꝓpter solā beatitudinem ama
mus sic persuadere quidam nobis audent. scꝫ dicendo
eas ꝓpter se amādas. vt beatitudinem ipsam nō ame
mus. quod si facimus etiam vtiqꝫ ipsas amare desine
mus: q̄ñ illam propter quam solum istas amamus nō
amamus. Et in libro de moribꝰ ecclesie dicit q̄ fortitu
do est amor propter deum omnia facile pferēs de hoc
ergo cōmuni fine hic nō inquirimus: sed de proprio fine
eius. ¶ Aduertendum est vlterius q̄ alicuius habitus
duplex est finis. vnꝰ est cōnaturalis: alius prestitutus.
Prestitus est ille quem ex prestitutiōe operātis p̄ opa-
tionē habitꝰ consequi intēdimꝰ. Et iste ē duplex. quidam
est libere ⁊ sine conformitatem ad rectā rōnem presti-
tutus: sicut lucrum est finis medicine in eo qui acquirit
medicinam vt lucretur. Et beneficium hoc mō finis est
predicationis in eo q̄ predicat vt hēat bñficium. ¶ Ali-
us est finis prestitutus s̄m dictamen recte rationis. Et
iste est duplex. q̄dam ē vl̄is q̄ scꝫ vl̄iter in omni actu ta-
lis habitus a recte prestituēte prestituitur. ¶ Alius est
non vl̄is qui nō vl̄r ⁊ regulariter sed in certis casibus
etiam s̄m dictamē recte rōnis prestituitur. ¶ Tunc sit
prima ꝯclusio. Actꝰ fortitudinis ē finis ꝯnaturalis ha
bitꝰ. Probat̄. q2 si vniuersalit̄ eq̄ bñ ⁊ eque faciliter se
expedite elicerentꝰ actū fortitudīs sine habitu ⁊ cū ha
bitu nō esse opꝰ habitu fortitudīs: nec nobis in aliquo
eēt vtilis. ergo habitꝰ fortitudinis ē ꝓpter actū tanq̄ ꝓ-
pter finē sibi ꝯnaturalē. ¶ Secūda cōclusio. Actus for-
titudinis non est finis s̄m prestitutionem ipsiꝰ habitus
nota. Probatur. actus ⁊ habitus habent eundem finem pre
stitutum. sed actus fortitudinis non est finis actus per
prestitutionem. ergo nec habitus. ¶ Secūdo nullus
elicit actū fortitudinis conformiter ad rectā rationē
nisi gratia alicuius alterius qđ intendit consequi per
huiusmodi actum: scꝫ vel causa defensionis ciuitatis vel
ꝓhibende iniurie: que talis est q̄ ad eam prohibendā
recta ratio dictat eē subeūda picula belli ergo sequitur
q̄ actus fortitudīs habet finē aliquem alium a se. ergo
⁊ habitus. ¶ Tercio. Si non esset necesse prestituere
aliquem finem actui: sequeretur q̄ liceret duobus prin
cipibus inter quos nulla est de iure vel iniuris conten-
tio congregare gentem et exercitū vter fortius facerent
⁊ se hoc modo fortiter faciēdo piculis mortis obiicere
Et patet ꝯña quia actus illi possent habere omnes cir
cunstantias requisitas ad actum fortitudinis cum non
exigatur prestitutio alicuiꝰ finis quē fortis p̄ opatio
nem suā natus est cōsequi. Nec valet dicere q̄ iste actus
haberet iniusticiam annexā scꝫ mortē innocētiū: quia
respondebitur q̄ volenti non fit iniuria: et q̄ isti sub pe
riculis mortis volunt fortiter facere et ex mutuo con-
sensu. ¶ Quarto. Quecumqꝫ duo sic se habent q̄ po-
stremum natum est haberi per primum non poneretur
si postremum sine eo haberetur: tunc postremum est fi
nis prioris. sꝫ p̄hibitio iniurie nata est haberi per
actum fortitudinis: et si esset posita prohibitio iniurie
per aliud q̄ per actum fortitudinis non poneretur a-
ctus fortitudinis. ergo prohibitio iniurie est verus fi-
nis ipsius actus fortitudinis. Maior probatur q2 om
ne tale ē gratia cuius aliquid fit. ⁊ minor probatur. q2
actus qui diceretur fortitudinis aliter factus non esset
actꝰ fortitudinis sed temeritatis. ⁊ hic loquor de actu
exteriori vel de actu interiori imperatiuo executionis.
¶ Quinto: nullus actus bonus et laudabilis quo ledi
tur proximus habet seipsum pro fine ex prestitutione.
quia ledere proximum non est ex se bonum: sed tantū
gratia alicuius alterius a se. sed per actum fortitudi-
nis leditur proximus quia vulneratur. spoliatur. occi
ditur. ergo preter actum ipsum necesse est esse alium fi-
nem proprium ex prestitutione. ¶ Tertia conclusio: ve
re fortitudinis nichil est finis scđm prestitutionem nisi nota.
quod scđm rectam rationem prestitui potest et debet.
Probatur q2 si aliud p̄stituat̄ ex intētione operantis
tunc actus gratia illius actus non erit actus fortitu-
dinis. Sicut patet de fortitudine coacta: aut propt̄
furorem que non sunt vere fortitudines. ¶ Quarta
conclusio. Non quodlibet quod secundū rectam ra
tionem p̄stitui potest actui q̄ videt̄ esse fortitudo ē fi-
nis vere fortitudīs. Probat̄ de fortitudīe politica
q̄ nō est vera fortitudo ⁊ tñ p̄stituit sibi aliqđ quod
scđm rectam rationem videtur sibi prestitui posse
¶ Quinta conclusio. Ille est verus finis fortitudinis
actus gratia cuius habitus vere fortitudinis natꝰ Nota.
est inclinare in hmōi actum. Probatur auctoritate
Ari. in tercio ethicorum dicentis. Finis autem omis
operationis est qui secundū habitū idest finis opa-
tionis est qui est. i. qui sibi conuenit secūdū habitum
i. s̄m inclinationē habitus. Ubi vult dicere Ari. q̄ fi
nis operationis non est omnis ille quem sibi prestit
tur operans sed est ille gratia cuius habitus natꝰ
est in hmōi opatione inclinare. Que sententia Ari.
de actibus per se hominis est vniuersalit̄ vera. De
actibus autē ⁊ habitibus aliis tam virtutū q̄ vicio
rum expositione indiget. sed de hoc alias ¶ Sexta
conclusio. Ille est verus finis secūdū prestitutionem
habitus fortitudinis gracia cuius facti sunt actus
proprie et per se boni ex quibus habitus fortitudi
nis generatus est. Probatur. quia quicqđ habet vel
habuit actꝰ generatiuus hitus pro obiecto illud habꝫ
habitus ⁊ non aliud. q̄ quecūqꝫ finem pro obiecto ha-
buit actus proprius ⁊ per se fortitudinis illū eundem
et alium habet habitꝰ. aña probatur quia (vt dictum
est) circumstantie actuū exteriorem sunt obiecta actuū
interiorem p̄ se bonoꝝ ⁊ etiā habituū. ¶ Septima con
clusio. Nichil nisi bonū est opationis de fortitudīs fi-
nis. Probatur fortitudo est bona forti. ergo finis opa
tionis fortitudinis est bonus ꝯña tenet: quia finis vni
uscuiusqꝫ est qui secundū habitū. Et aña probatur: q2
vnumqđqꝫ denominatur fine ad vnum sensum q̄ nullꝰ
habitus est bonus. nisi finis gratia cuius fit sit bonus
Non oportet tñ econtra q̄ si finis sit bonꝰ. etiā habi
tus vel operatio sit bona. quia potest esse peccatum s̄z
aliam circūstanciam. Et hanc rationem tangit. Ari. in
tercio: cum dicit. Finis autē omīs operationis est qui
secundum habitū. et forti autē fortitudo bonum talis
autem ⁊ finis. determinatur aūt vnūqđqꝫ fine. Et conse
dit q̄ fortis boni gracia sustinet ⁊ opatur qui secūdū
fortitudinem. Quis aūt sit iste finis. dictum est: quia
propulsio vel prohibitio iniurie: nō cuiuslibet: sed pro
qua repellenda recta ratio dictat esse subeunda mor- Expost.
tis pericula. ¶ Ad rationem obiic concedit̄ur auctori- dic. phi.

tos Ari. sed dicitur ꝙ in ea Ari. non accipit bonū pro fine. Nam sic exponendo textus ille nullomodo esset ad propositum Ari. ibi enim Ari. vult probare ꝙ fortitudo operatur gratia boni ista scilicet ꝙ operatio fortitudinis sit gratia alicuius boni. quod nun̄ꝙ posset probari per hoc medium ꝙ operatio fortitudinis est finis fortis vel habitus ipsius fortitudinis. Et ꝙ loquitur ibi potius de fine operationis ꝙ̄ de fine habitus, patet ex textu rotundo. Finis (inquit) omnis operationis est qui secundum habitum. Et intēdit sic arguere Ari. Cuiuscunqȝ habitus finis est bonus eius operationis etiam finis est bonus sed finis fortitudinis est bonus ergo finis operationis eius est bonus. Et hanc conclusionem ponit in fine totius deductionis: boni vtiqȝ gratia fortis sustinet et operatur qui secundum fortitudinem τ eam adhuc imediate aū pricipiū rōis paulo vl'ꝰ ꝓposuerat: dicēs. Scōm dignitatē eiū τ vt ratio vtiqȝ patitur et operaꝶ fortis. maiorē istꝰ rationis probat quia finis omnis operationis est qui scōm habitū hoc est operatio habet illum finem quem habet habitꝰ id ē grā cuius habitus inclinat in actum: minorē ꝓbat aūt fortitudo est boni forti ergo finis fortitudinis ē bonꝰ ꝙ̄ ꝓbationē ponit sub his verbis τ forti fortitudo aūt bonum talis aūt τ finis. Istā autē ꝯsiam statim ꝓbat determinaꝶ aūt vnūquodqȝ fine. Et ꝯnter cōcludit ꝯclusionē in rēlā ꝙ scȝ fortis operaꝶ boni grā. Ex qbꝰ pȝ ꝙ ibi forti aūt fortitudo bonū, τ nec bonū accipitur pro fine nec fortitudo ꝓ operatiōe. Et sidicas ꝙ finis vnius cuiuscunqȝ agentis est vt similitudinem sue formet in alterum inducat, sicut finis ignis calefacientis ē vt īducat calorē in patiente. ergo finis fortitudinis ē vt similitudinem sui hītus exꝓmat in actu. Ad hāc rōem rīdeꝶ ꝙ est

Q. duplex agens. qddā est mere naturale: vt ignis. aliud mere voluntarium vt voluntas creata vel increata aliud mixtū quod lȝ naturaliē causet actiuitas tamē sua dependet a voluntate creata: Iīē naturale est duplex vniuocū τ equiuocū de vniuoco mere naturali concedo. de equiuoco est multū dubiū. Sol eīn non videtur imprimere similitudinem sui ī his inferioribus: de agente etiam mere voluntario non videtur ver. Nā voluntas cum elicit vel imꝑat actum nullā similitudinem sui ani īprimit l effectū qdꝗ tn̄ sit quia hec salus i pstt ad sensum quendā in ꝓpriū. Iō dico ꝯformiter ad ea que dicta sūt ꝙ duplex est finis habitus vnus est cōnaturalis. τ de illo concedo (aliꝰ est fm ꝓstitutionē. τ de illo nego. Cum autem Ari. dicit opationē virtuosam gratia alicuiꝰ fieri, sēp loqꝰ de fine secundum prestitutionem et non de fine connaturali.

argu. bu. 3. ethi. q. 18.

Queritur septimo. Utruȝ fortis q̄ se pōt saluare ꝑ fugā magis debeat eligē mori ꝙ̄ fugē. Arguiꝶ ꝙ nō: de duobꝰ malis semp minꝰ eligēdū ē ſȝ fugere ē minꝰ malū ꝙ̄ mori ergo fortis magis dȝ eligere fugere ꝙ̄ mori. In oppōm est Ari. ī ethicis, qui multis locis ostēdit ꝓ aliqbꝰ opibꝰ turpibus vitādis subeūdā eē mortē. ¶ Notādū ē ꝙ supposita xritate fidei q̄ ponit īmortalitatē aīarum, τ aliam vitam post hāc. ī q̄ premiant eternaliter boni, τ eternaliē afficiātur suppliciis mali: q̄stio non habet tantam difficultatē. Et iō scōm hāc xitatē fidei supponitur tā ꝙ certū ꝙ̄ licitū est ꝓ fidei integritate. τ rerum publicarum defensione mortem subire ab alio, non a se illatā. Sed hoc diffusius tractabitur cum de perseuerantia agetur. Necqȝ hic disputāda est illa questio. Utrum ratione naturali probari possit immortalitas anime. et quid de hoc senserit Ari. supposito ergo ꝙ ex naturalibus nihil de hac īmortalitate τ de vita futura cognosci possit ꝙ sit etiam suspensa pro nunc traditio fidei.

R. ¶ Sit igitur prima cōclusio: Multa sūt peccata ꝙ̄ magis fugienda sunt ꝙ̄ mors: ita ꝙ si viro bono offeratur conditio mortis, nisi ea perpetret, potius debet subire mortē ꝙ̄ ea perpetrare. ꝓbaꝶ auctoritate Ari. in tercio qdā (inqt) fortassis non est cogi: sed magis moriendum patientem durissima. Etenī euripedis Alcmeona derisoria videntur cogētia matrem occidere. Et si dicas ꝙ hoc nō dicit Ari. simplr: ȝ sub dubio qꝛ addat fortassis. Respondetur ꝙ hoc aduerbium nec equiualenter additur in translatione Aretini. qꝛ si addidisset Ari. cū dubitatione nō ꝯclusisset assertiue ꝙ illa de Alcmeone Euripedis essent digna irrisiōe. ¶ Scōa conclusio non ꝯueniēs ꝙ fortis certus est se nō posse saluari nisi per fugā fugere debȝ. ꝓbaꝶ τ ponaꝶ casus ꝙ ad fugā viri fortis sequatur fuga totius exercitus τ destructio reipu. τ per non fugam eiꝰ sequaꝶ victoria, defēsio totiꝰ exercitus. τ suppono ꝙ hec sint ab eo cognita. Tūc arguo sic iste per fugam suā exponit totam malitiam et vniuersam rēpu. ꝑiculo mortis. ergo fuga sua est cōtra dictamen recte rationis. ergo recta rō dictat in casu ꝑdicto potiꝰ eē subeūdā mortē, ꝙ̄ fugiendum. ¶ Scōo τ hec iō vȝ ad ꝓbandū ꝯsiliā predicte rōnis. Omne illud grā cuiꝰ fortis fm dictamē recte rōnis se exponere debet ꝑiculo mortis est a viro forti vite sue preferendum Patet hec maior ex se qꝛ si vita sua esset ꝓferēda ab illo, illi bono nūꝙ̄ grā illius boni debēt fȝ rectā rationē se exponere ꝑiculo mortis. sed fortis grā defēsionis reipu. se ꝑiculo mortis fm rectū rationis dictamē exponere debet. alias fortitudo bellica vel q̄cunqȝ alia in qua subeūdū esset mortis ꝑiculū nō esset virtus moralis. Et errasset turpiꝶ Ari. volens aliquē ꝑncipaliꝶ fortē dici qꝛ circa bonā mortem est impauidus. igꝶ. ¶ Tercia conclusio: aliquādo cū fortis videt ꝙ per solam fugā saluari potest fugē τ nō manere in acie teneꝶ. ꝓbaꝶ. τ pono casum ꝙ iste vir fortis sit cōsultissimꝰ τ ꝑitissimꝰ bellorū, τ ꝙ ab eo pendeat salus tocius ciuitatis τ tota administratio bellorum ita ꝙ nullus appeat ꝯsilio τ auctoritate cuiꝰ bella possint regi. sed sit verisile totā rēpu. in manꝰ hostiles peruenturā esse si iste defuerit. cognoscat vlterius xisile ꝙ per fugā suā nullū detrimentū afferꝶ exercitui pugnanti ita ꝙ nec fuga aliorum consecutiua est, nec deiectio militū pugnantiū. Tunc sic. iste vir fortis non subit ꝑiculū mortis pugnando, nisi ꝓ defensione reipu. sed cōditio rex est talis ꝙ nō fugiendo ipse destruit rēpu. τ desperandum est de salute reipu. fugiendo vero adhuc de salute republice sperandū est ꝙ scōm dictamen recte rōis debet fugere et nō mori. Probaꝶ etiā auctoritate. Ciceronis primo de officiis. Nunꝙ̄ omnino (inquit) periculi fuga cōmittendum est vt in belles timidiqȝ videamur: sed fugiendum etiam illud ne offeramus nos periculis sine causa. quo nichil potest esse stultius. Et paulo post. quare in tranquillo tempestatem aduersam optare dementia est. Subuenire autem tempestati q̄uis ratione, sapientis est eoqȝ magis si plus adipiscatur re explicata boni, ꝙ̄ addubitata mali sed in hoc casu per mortē iste nichil adipiscitur boni et certus est etiam se nō plꝰ adepturum per mortem ꝙ̄ per fugam. igitur. Secūdo mors in bello nō est subeunda, nisi gratia alicuius boni quod est finis operationis fortitudinis. ergo quocienscunqȝ illud bonū verisiliꝶ destruitur per mortem τ ꝑ fugam adhuc remanȝ spes salutis mors illa est turpis et fuga honesta. sed in predicto casu hec omnia contingunt. igitur Inde est ꝙ sapienter multis regibus consultum est ꝙ cum bellum agitur ipsi absint bellorum sed in loco tuto fortē se contineant. ne ad periclitationem regis sequatur periclitatio totius reipu. regni. ¶ Quarta conclusio vir fortis pro defensione patrie debet et tenetur se, non tantum periculis mortis, sed etiam ipsi

Nota.

nota bñ.

morti exponere. Probatur, aliquando fortiter faciendo pulchrum est et honestum mori. sed nulla causa mortis suscipiende videtur honestior quam illa que pro defensione reipub. suscipitur. igitur. Maior probatur per Ari. in tertio. Similiter autem (inquit) et viriliter agunt in quibus est fortitudo et bonum mori. Ex qua auctoritate patet quod aliquibus est fortitudo: et in his honestum est mori. Secundo probatur per illud eiusdem quod dicit contra eos qui videntur fortes propter experientiam. hi autem ex principio periclitantur ut meliores existentes: cognoscentes autem fugiunt mortem magis turpi timentes. Fortis autem non talis. Quid autem sit illud turpe dixit immediate primo cum de civili fortitudine que fugientibus militibus occiditur dicebat. Civilis autem permanentia moriuntur. his quidem enim turpe fugere: et mors tali salute eligibilior, salute scilicet quesita per fugam. Ex quibus verbis secundum Aristotelem patet quod fortis magis eligit mortem quam turpem et inhonestam fugam. Tertio probatur per illud eiusdem capitulo ultimo de fortitudine. Mors quidem et vulnera tristia forti et volenti erunt. Sustinet autem hec quoniam bonum, vel quoniam turpe non. Ex qua auctoritate patet, quod sustinere mortem est bonum idest honestum et decorum: et non sustinere turpe et inhonestum. Quarto probatur per illud quod immediate sequitur et quo utique magis virtutem habeat omnem, et felicior fuerit magis in morte tristior erit. tali enim maxime vivere dignum. et ille maximis bonis privatur sciens: triste autem hoc. sed nihil minus fortis. Ex qua auctoritate patet quod aliquis moriens in bello est fortis et habet omnem virtutem. ergo mors tunc est recte suscepta. sed mors nunquam recte suscipitur nisi cum tenemur eam secundum dictamen recte rationis suscipere. igitur. ¶ Quinto probatur auctoritate Ciceronis primo de officiis. Temere (inquit) in acie versari et manu cum hoste confligere immane quiddam et beluarum simile est. sed cum tempus necessitasque postulat, decertandum manu est. et mors servituti turpitudinique anteponenda. ¶ Sexto: pro servandis promissis licet se cruciatibus acerbissimis et morti exponere: ergo et pro defensione reipublice. Antecedens patet exemplo Marci Reguli. qui cum fecisset cum hostibus certas pactiones de captivis petissetque ut sibi liceret ire romam, ut pactiones iste reciperentur: antea posita fide de redeundo: cumque noluissent eas recipere romani: rediit ad hostes extrema queque passurus. quo exemplo (ut vult cicero tertio de officiis) vix ullum est aut laudabilius, aut prestantius. ¶ Septimo: Quandoque recta ratio dictat quod magis debet eligere solus mori, quam mori cum ceteris et cum patrie destructione. sed in certo casu contingit quod per fugam viri fortis et ipse et ceteri omnes et universa regio periret: ubi persistendo et moriendo resisteretur hostibus in casu scilicet quo isto viro forti fugiente ceteri fugerent, et hostes infestissimi eos fugientes persequerentur, et civitatem caperent: in qua esset tota spes defensionis. ergo in tali casu iste vir fortis debet se exponere non solum periculo mortis: sed etiam ipsi morti pro defensione rei publice. Neque dubium est hanc sententiam clarissimos omnes duces fuisse secutos qui semper magis elegerunt honeste moriendo patrie succurrere quam turpiter patriam deserere ac prodere. ¶ Octavo: Vir fortis fugiendo in casu predicto non affert sibi bonum nisi breve aut momentaneum scilicet prolongationem vite per decem aut duodecim annos: nec quidem certam sed multis casibus subiectam. Res publica vero et universo populo non solum qui est sed etiam qui ex presentibus erat procreandus incomparabile detrimentum. stando vero et viriliter pro salute patrie decertando et moriendo affert econtra bonum sine comparatione maius: quam est illud quod per fugam consequitur. ergo secundum dictamen recte rationis ipse tenetur in tali casu se morti pro salute reipubl. exponere. ¶ Sed contra predictas conclusiones arguitur. contra secundam et quartam conclusiones. Primo sic. nulla operatio virtutis est que non sit felicitas vel ad felicitatem ordinata. sed mors destruit omnino felicitatem. ergo mori non potest esse opus virtutis et per consequens conclusiones ille false. argu. hic scibi. est. ¶ Secundo virtus non inclinat contra naturam. quia est perfectio nature sed inclinatio ad moriendum est contra naturam cum per eam destruatur natura. igitur. ¶ Tertio vel talis mors susciperetur propter bonum proprium vel propter bonum alienum. Non propter bonum proprium quia totum in morte amittit. Nec propter bonum alienum: quia ex quo non potest alia vita: ipse non posset aliis procurare maius bonum quam illud quod perdit ergo bonum sibi proprium debet perdere alieno. ¶ Quarto nos legimus de viris sanctissimis, qui sciebant aliam esse vitam post hanc: ipsi tamen fugiebant ab infidelibus cum mortem aliter vitare non possent. ergo multo magis vir fortis fugere debet, cum cognoscunt se non nisi per mortem evadere posse. Quinto quod est minus delectabile et magis triste est magis fugiendum quam quod est magis delectabile et minus triste. sed fugere est minus triste quam mori cum in morte sit maxima tristitia igitur. ¶ Ad primam istarum rationum nego maiorem. et dico quod sunt aliqui actus, extendendo actum ad passionem qui nec sunt actus ordinati ad felicitatem nec ipsa felicitas: sed imperati ab actu qui est felicitas, vel maxima et gloriosissima pars felicitatis. Nota. Velle enim mori pro defensione civitatis est maximus actus felicitatis politice. mori autem est actus ab huiusmodi felicitatis actu imperatus. ¶ Ad secundam dico quod in homine est duplex natura scilicet corporalis et dico quod virtus contra huiusmodi naturam consequenter inclinet ita quod inclinatio huiusmodi nature et inclinatio virtutis sunt contrarie. Alia est natura spiritualis et intellectualis. et dico quod virtus non inclinat contra huiusmodi naturam idest contra propriam inclinationem huius nature. Et propriam dico illam quam habet ex se, et non ex habitibus aut moribus corruptis. Et ad minorem nego, loquendo de inclinatione nature spiritualis. Ipsa enim inclinatur magis ad habendos excellentissimos actus virtutum quam ad diutius durandum. Ideo enim in casu predicto mori sit excellentissimus actus felicitatis politice inclinatur ad illum actum. ¶ Ad tertiam dico quod mors imperatur propter bonum proprium, quia scilicet aliter non potest habere ille excellens actus felicitatis politice: et propter bonum alienum scilicet propter defensionem civitatis vel reipublice. Et ad probationem quod non propter bonum proprium quia totum in morte amittitur, concedo. dico tamen quod illum bonum fructum habere pro momento et non perdere culpabiliter sed virtuose conservare est multo melius quam prolongare vitam suam per longum tempus. et ad probationem quod non propter alienum: dico quod multo maius bonum parat aliis et sine comparatione diuturnius quam sit illud quod perdit: sicut tactum quod in ultima ... conclusionis. Et si dicas quod per mortem perdit bonum virtutis bonum autem virtutis nihil procurat. Ad hoc respondeo, quod volendo mori habet summum actum virtutis politice ut dictum est. dico secundo: quod volendo fugere careret isto bono etiam culpabiliter. et per consequens acquireret in se vicium detestande felicitatis politice. dico tertio quod moriendo non perdit illud culpabiliter sicut non moriendo propter salutem quam tamen per fugam culpabiliter perderet quare ... melius est perdere aliquid quod aliquis perdendum est non culpabiliter: immo virtuose quam culpa-

biliter illo carere: ideo magis debet eligere mori quam fu- nota.
gere. ¶ Ad quartam concedo antecedēs. et hoc fuit in ca su quo vita eorum erat plus perfutura quam mors, neque tamē concedo quod quotienscumque in mortem fugierit, ipsi recte opa ti sunt. ¶ Ad quintā concedo maiorē de eo quod ē magis delectabile et minus triste viro virtuoso. ad minorē di co quod licet mors sit tristabilis viro virtuoso turpia ta- men fuga multom agit tristabilis et minus delectabi- lis propter eam enim vir fortis nullam penitus dele- ctationem suscipit: sed propter mortem suscipiēdā cōfir mat animum adversus eā, et imperat eam et freqūt de lectatur et placet sibi actus virtutis. et tanta firmitas animi ꝯtra malū mortis. ¶ Contra terciam conclusio
argu. buridā. vbi supra. nem. arguitur illud est magis eligēdū in quo maius bonū acquiritur et minus bonū amittitur. sed in fuga non acqui ritur nisi prolongatio boni nature et amittitur bonū vir tutis per mortem aūt acqrit bonū virtutis scilicet summus act⁹ fortitudinis: et perditur tm̄ brevis ꝓlōgatio vite. igitur mors est fuga ꝑeligenda. Secundo de duob⁹ malis sp minus malum est magis fugiēdum sed naturā modico tempore orbari virtute est minus malū quam eam longo tpe viciatā manere. igitur mors est magis eligenda quam fuga. ¶ Tertio. Ad quā auctoritate senece et omniū ali orum philosophorum et Tullii libro de officiis et de tusculanis questionibus qui omnes nituntur inducere ad contem ptum mortis. et ad hoc suadendū multas rationes ad ducent. ¶ Quarto eligibilius est vivere sano corpore p paucos dies quam egro corpore per multos ergo etiā eli gibilius est vivere parvo tempore cū operibus vir tutum quam multo cum operibus viciorum. ¶ Ad rationes istas rūdet quod omnes excepta tercia fundant in hoc quod fuga illa esset viciosa, et mors virtuosa et gloriosa. E cō
nota. tra aūt dico quod mors illa in casu conclusionis esset te meraria et fuga virtuosa ac laudabilis. ¶ Ad terciam dico quod laudabiliter faciunt phi inducendo hoīes ad contemptum mortis sed vt ipsi volūt magni animi esse contemptere mortem cū rō dictat eā eē subeūdam. ita etiam volunt eam non esse temerarie et contra iudici um recte rationis subeundam quod ꝯtingeret in casu tercie conclusionis. ¶ Ad rationem ante oppositum di co, quod in casu fugere est maius malū quam mori quia fuge re est malum moris mori autem est tantum malum na ture.

Queritur octavo vtrum forti vi

ro liceat se iterimere: ne veniat in ptātem ini- mici. Arguitur quod sic exēplo virorum excellē tium multorum qui ne venirent in hostium manus seipsos in teremerunt. ¶ In Oppositum arguitur auctoritate
nota. Ari. dicentis hoc esse timidi. Notandū est quod contingit dupliciter desidera est mortem. vnomodo vt fugiant⁹ malum pene vt servitutem, carceres, tormēta, pauper tatem, infamiam. aliomodo ad fugiendū maluz culpe vt revelationem confessionis, negationem fidei, ydola triam, et multa hmōi. malum pene est duplex. vnum est quod rōnabilit et appetere et procurare possumus nobis vt inopia, egestas, fames, sitis. Aliud est quod procurare nobis ipsis non possimus sine peccato mortali vt vir go non pōt ꝓcurare sibi deflorationem suam per virū non suum sine peccato mortali. Item aliqua horū sūt que nobis inuite passive habentibus duci possunt ad ef fectum vt corruptio virginis. Alia sunt ad que exigi tur actū nostra. vt mendacium fictum testimonium, ydola
scdm phi. tria occisio viri et multa hmōi. Prima conclusio: pro nullo malo pene vitando licz cuicumque se interimere ꝓ- batur primo auctoritate Ari. hoc expsse diffinientis Mo ri autē fugientē inopiam vel cupidinem vel aliquid triste non fortis sed magis timidi. Et rōem subiungit mollit- cies enī fugere laboriosa: et nō quia bonum sustinet: sed

fugiens malum. Secūdo nullū malū pene est tā malū quam malum est privatio vite ergo pro nullo malo pene vitā do vir fortis se iterimere debet aūs probo de malo pe ne quod non est vita diuturnius quia de illo intelligo Inter quecumque mala pene vita potest haberi omni vir tute plena. et his omnibus malis vir bonus et prudēs potest ad virtutem vti. et inter hec virtutum omnium vel saltem excellentissimarum actus exercere ea scilicet equanimiter tollerādo sed ad privationem vite sequit horum omnium privatio igitur Tertio vnus quisque mi nus habet potestatem sue mortis quam alterius. naz iudex potestatem habet mortis aliene et similiter tortores auctoritate legum id sibi concedentium. sed nulli licet pro fugiendo quocumque malo auctoritate privata occi dere alterum: ergo nulli licet pro quocumque malo fu- giendo interimere se. Quod si dicas quod licet hostem pu blicum occidere et furem nocturnum et hostem etiam privatum si invadat et aliter mors evitari non possit. Dico quod hec omnia auctoritate publica, et a iuribus aut positivis aut nature concessa fiunt et non auctoritate privata. ¶ Quarto quicumque se causa fugiendi mali in terimit impacientia vincitur. ergo quilibet talis est ma lus: Aūs probatur quia talis non se interimeret nisi malum illud impatientius ferret. Et hanc rationem in nuit. Augustinus. xix. de civitate dei capitulo quarto. Utrum obsecro (inquit) Cato ille patientia an potius impatientia se peremit. Non enim hoc fecisset nisi viciorum. Cesaris impatienter tulisset. Quiso omis defectio animi infra dignitatem suam propter iniciam bellia mala que nō sunt in sua potestate posita est tur pis inhonesta et flagitiosa. sed qui se propter fugā ma lorum interimunt habent animum infra dignitatem ip sam longe defectum cum ad dignitatem animi pertine at equanimitas tam in adversis quam i prosperis: nec eri gi prosperis: nec adversis frangi. ¶ Sexto omnis qui occidit hominem sine auctoritate publica est verus ho micida et pena homicidarum puniendus est sed qui se occidit hominem occidit sine auctoritate publica cum nulla lex homini facultatē concesserit se occidēdi. ¶ Se primo mala pene que quis vel iam patitur vel se pas- surum formidat non faciunt hominem nocētem et di- gnum morte: ergo quicumque propter hec tantum occidit se occidit auctoritate privata eum quē scit innocentem et nullomodo nocentem: ergo talis tenetur pena crude lissimorum homicidarū. Et istas duas rationes tan- git augustinus primo de civitate dei capitulo. xvi. Nā vtique si non licet privata potestate hominem occidere vel nocentē cuius occidendi licentiam lex nulla cōcedit profecto qui seipsum occidit homicida est. et tanto fit nocentior cum se occiderit quanto innocētior in ea causa fuerit qua se occidēdum putavit. ¶ Octavo: Talis pri vat civitatem parte sua notabili sine cōsensu ipsius ci vitatis: ergo talis plectendus est pena condigna. ¶ Se cunda conclusio: Pro nullo malo culpe cuicumque se in- terimere licet. Probatur quia vel hoc esset pro malo culpe iam perpetrato: vel pro perpetrando quod ne p petramus remedio mortis procuramus. Non primum quia tale malum nō emendatur morte auctoritate pri vata inflicta. Cum standum quia de tali malo veniam deo et emēdationem per penitētiam et satisfactionem condignam non per mortem petere debemus. Quod probatur exemplo iude qui propter culpam commis- sam in venditione christi seipsum interimit et in hoc ab nota.
omnibus fidei xpiane sectatoribus culpatur. Quod patet per Augustinum primo de civitate capitulo. xvii Naz si (inquit) iude factum merito detestamur: eumque veritas iudicat cum se laqueo suspendit scelerate illi⁹ traditionis auxisse potius quam expiasse commissū: quo quoniam dei misericordiam desperando exitialit pe

nitens nullum sibi salubris penitentie locum reliquit
pro magis. &c. Ex quibus verbis patet q per mortem
nobis per nosmetipsos inflictam nullomodo emenda
tur sed magis augetur ex desperatione venie delictum
Cum secundo quia post delictum perpetratū talis tri
statur ob delictum ipsum. Aut ob infamiam consecu
tam. aut ppter penam delicto respondentem. Si pro
pter duo postrema: cum tali non sint mala pene sequi
tur per primā conclusionem q ipse nō debet sibi ipsi in
ferre mortem. Si p primum tunc debet potius lacrimis
et gemitibus diuinam implorare misericordiam q si
bi mortem consciscendo offense offensam et delicto de
lictum superaddere. Cum secundo. quia vel talis esti
mat q per mortem satisfacit pro delicto: aut estimat
q nulla est via satisfaciendi non primum quia hoc nec
lex diuina nec lex naturalis nec lex ulla positiua tradit
q scilicet se occidendo quis pro commisso delicto sa
tisfacit. immo lex diuina expresse vult oppositum. No
lo (inquit) mortem peccatoris. sed magis vt cōuertatur
et viuat. vbi deus expresse declarat q nō vult q homo
satisfaciat sibi pro peccato per mortē et occidendo sed
penitendo et relinquēdo peccatū et in hac cōuersione vi
uendo. Nec licet alicui se interimere pro peccato vitan
do. probatur omne peccatū per liberū voluntatis con
sensū vitari potest. ergo nō licet cuiq occidere se vt pec
catū vitet. et aña probat quia peccatū omne volūtariū.
q si voluntarium nō sit: eo ipso peccatū nō est. ¶ Scdo
nullum peccatū (maxime cōmissionis) est sine actu po
sitiuo voluntatis nostre que cogi nō potest. & q tacitq
fiat ab extrinseco violentia potest tamen aliter q per
mortē vitari peccatū. verbi gratia. torquet aliquis vt
exprimat que in cōfessione accepit. q tunc q torquea
tur nunq tamē exprimet illa. nisi ex imperio volūtatis
vel linguā ad dicendum vel manū ad scribendum mo
uerit. Similiter torquet aliquis vt tandē vel neget fi
dem vel se ante ydola prosternāt: que nunq faciet vt po
nota. stulatur nisi liber cōsensus voluntatis accesserit ¶ Ter
tia cōclusio nec pro virginitate seruāda virgo: nec pro
integritate corruptā mulier mortē sibi inferre debet
probat prima pars: quia virgo cū sibi affert mortem
aut intendit vitare corruptionem animi aut corruptio
nem corporis. Si corruptionē animi. Cōtra corruptio
per solū constans & stabile propositū mentis seruari
potest. & tandiu manet animi integritas qdiu manet
integra virginitatis seruāde volūtas. quod pbatur. q
integritas animi bonū est animi. ergo nō nisi eius deper
ditur ad corruptionē corporis. sed tantū ad corruptio
nem bone volūtatis. Nec potest dici q intendit serua
re integritatē corporis: et ne perdat eā se necat. Cōtra
virgo illa nullo modo plus obligatur ad seruandū in
tegritatē illius ptis corporis q ad seruādū integri
tatem cuiusuis alterius ex qua tanta incommoditas to
ti corpori sequi posset: ergo viciocissim si est et cōtra ra
cium rationis dictamē q vt illa pars seruetur integra
alia pars corrūpat ex qua sequitur mors & interitus.
nota. ¶ Secūdo tū etiā q quilibet magis tenet ad conseruā
dam vitā corporalē q ad cōseruandā integritatē cui
cunq partis ex qua nō sequitur vite corporalis priua
tio: & virgo que vt seruet integritatē corporis aliā ptem
corporis corrūpit. aut se quomodocunq vita priuat gra
uissime peccat & rea homicidii habēda ē. ¶ Tertio cor
pus ipsum de quo est questio pōt corrumpi sine hoc q
desinat esse sanctū & sacrū et virgineū: et pōt desinere
esse sanctū & virgineū sine hoc q soluat eius integritas
ergo pro hac integritate seruāda nō debet se virgo in
terimere. probat aña nā si membrū illud corrumpatur
ferro aut per cōtrectationem obstetricis aut violentia
apostematis nō desinit esse sanctū & virgineū. ¶ Secū
2.2. phs. do nec i corpore nec in quocunq actu exteriori est aliqua
impudicicia aut moralis corruptio: nisi illa responde- virgine.
at alicui impudicicie et corruptioni mētis. quia alias & posse se
homo posset saluari secundum animā et dāpnari secū licite ob-
dum corpus qd est omnino absurdū. & qdiu remanet fundam.
pudicicia et sanctitas mētis tam diu remanet pudici- virginē. ta
cia et sanctitas corporis. et q diu etiā remanet impu- le occidē
dicicia et corruptio mentis tā diu etiam remanet im-
pudicicia et corruptio corporis. Sz cū hoc q claustra
pudoris sunt omnia aut p causas imediate dictas: aut
per violentiā corruptoris: stat q maneat ppositū mē-
tis integrū et inconcussum et q mens sit omnino san-
cta et pudica. ergo cum hmōi diuisione etiam stat san
ctitas et pudicicia corporis. Similiter cum hoc q clau
stra pudoris integra sunt integritate nature & per nul
lam violentiam aperta stat q animus iā sit corruptus
et impudicus. et habeat consensum volūtatis cum cor
ruptore. vt patet de virgine que libere et sponte vadit
ad corruptorē. Constat enim q ab impudicicia mentis
sue non solū voluntas ipsa sed etiam corpus dicitur im
pudicum et corruptum: nō quidē corruptione opposi-
ta integritati nature que integritas nec bona est nec
mala moralit per se: sz corruptione moris. ¶ Tertio cū
omni violentia illata vel inferenda virgini stat inno-
centia virginis: cū nemo sit aliena voluntate malus sz
tantum propria: ergo cū omni tali violentia stat q est
omnino indigna morte imo q est dignissima vita ergo
occidendo eam occiditur innocēs. ergo si se occidit ip-
sa ē rea homicidii ¶ Quarto Si liceret alicui occidere
se ipsam: pro nulla tamen causa hoc licitum esset nisi
pro qua liceret eum dampnari a iudice. sed nullus iu-
dex rationabiliter iudicans dānaret virginem qui vi-
olentiam passa sit: immo iudicaret potius esse subleuā
dam et premiis ac muneribus attollendā q violentia
tantam passa a sancto virginitatis proposito non de
cesserit: et ipsum corruptorē vel violatorem dampnan
dū censeret: igitur. ¶ Quinto quicunq infert alicui penā
iniustam mortis est reus homicidii: sed hec mulier in- hāc ques-
fert sibi ipsi penam iniustam mortis: ergo hec mulier stionem.
rea est homicidii. maior videtur certa et minor proba- tāgit ua
tur quia mors que infert huic mulieri aut est pena pro 10. distin.
prie culpe aut aliene. si aliene ergo est omnino iniusta 15. quar.
cū omnino iniustum sit q p delicto vnius alter nulla si- sehanque
bi vel necessitudine nature cōiunctus vel peccati socie- sti. quin.
tate cōmixtus penam ferat. nec est pena pprie culpe. tū corre. 8.
quia (vt supponitur) nulla in illa virgine culpa est. tū
quia vbi culpam hēt nō esset iudex in causa sua. secun
dam partē probat hec vltima ratio. imo ad eius pba
tionem possent adduci fere omēs priores rationes Ex
qua conclusio infero q lucretia quā tot laudibus ratio
ni efferunt. fuit homicidii nefandissimi rea. probatur
quia lucretia fuit summis et amplissimis virtutibus pre
dita et nullo mortis genere digna: ergo occidendo se
ipsam occidit innocentissimā et indignissimam morte
feminā. ergo rea est sceleratissimi homicidii aña pbat
lucretia nō suspicatur esse nocens nisi propter adulte-
riū sed ipsa nō fuit adultera. quod pbatur. q ipsa nō
q adultero ssensit. hoc idē pbat Augustinus. auctoris
tate cuiusdam de violentis lucretie dicentis mirabile
dictū duo fuerunt. et adulterium vnus admisit. cuius ra
tionem assignat augustinus quia licet essent duo cor
pora cōmixta vnius tamen erat inquinatissima volun
tas alterius vero castissima ¶ Secūdo q aut ipsa iō se
interemit quia adulterium passa violenter aut q ipsa
erat sibi conscia alicuius mali consensus. si primum: re
dit prima ratio: quia inocens et pudica fuit: et ita mor
te indigna. si secundum ergo falsum est illud cuiusdam
allegatum q duo fuerunt et adulterium vnus admisit
quod tamen dictum romani multum celebrant. et patz
consequentia: quia si ipsa consenserit fuerunt duo qui

In hoc enim q estimamus nobis inesse robur anime: confidimus nos posse difficilia administrare. Et ista tria significauit Tullius per fiduciam. Actum autem imperatiuum executionis et etiam executionem significauit Tullius per magnificentiam quod patet per diffinitionem quam dat de magnificentia. Magnificentia est magnarum et excelsarum rerum ex animi quodam amplo ac splendido proposito perfecta administratio ac confectio: vbi per amplum ac splendidum propositum actum voluntatis imperatiuum executionis significat: et per administrationem, executionem ipsam. Constat autem q Tullius non accipit magnificentiam eo modo quo Ari. in quarto ethicorum sed pro magnorum ac difficilium operatione. Ad hanc reducitur firmitas quia propositum non esset amplum et splendidum nisi esset firmum. Ad hanc reducitur constantia: quia etiam propositum non esset amplum ac splendidum, nisi esset constans in tantum scilicet q pro nullis comodis consequendis velit desistere ab administratione horum difficilium que iam proposuit administrare et conficere. Ad hanc etiam reducitur magnificentia vel virilitas et audagrachia. Ad hoc enim q executio illa sit magnifica: exigitur q sit virilis et strenua. Audagrachia enim idem est q strenuitas et virilis: vt non remissis et quasi effeminatis viribus: sed toto robore ac conatu negocio incumbamus strenue vt scz sollicitudine cura et studio plena sit. Circa executionem exigitur volitio qua volumus insistere operi tamdiu quam recta ratio dictabit esse insistendum et pro nullo quod est contra rectam rationem ab eo desistere: ita q nec pro comodis nec pro incomodis deseretur opus. Incomoda vero que retrahunt ab opere sunt duplicia, quedam sunt que ipsum opus ex se habet annexa sicut labor periculum mortis vulnera dolores et huiusmodi. Alia sunt extrinseca et non de se annexa operi vt comminationes potentum odia priuationes facultatum Et licet aliquando eadem incomoda sint annexa operi et extrinseca: alia tamen ratione dicuntur extrinseca et alia annexa operi. et cum eis conuenit ista duplex ratio: habet vim duplicis incomodi, vt fortitudo habet annexum periculum vulnerum et mortis ex se. Contingit etiam q hoc idem habet ab intrinseco vt cum michi aggressuro bellum aliquis princeps magnus comminatur mortem vel exilium, etiam quicquid acciderit in bello si illud bellum aggrediar. comoda autem retrahentia ab opere arduo sunt pollicitationes et pensiones magnorum munerum, vel etiam munera que tribuuntur hoc opus aggressuris vt non aggrediantur illud. Tunc dico q volitio qua volo nullo modo desistere ab opere pro quibuscunque incomodis extrinsecis significatur a Tullio per patientiam, et executio etiam conformis. volitio autem et executio qua volo nec pro quibuscunque comodis nec pro quibuscunque incomodis operi ex se annexis desistere ab opere significatur a Tullio per perseuerantiam. Macrobius patientiam et perseuerantiam respectu incomodorum appellauit tollerantiam. perseuerantiam vero ex parte comodorum appellauit constantiam. Andronicus vero et patientiam et perseuerantiam appellauit perseuerantiam. Sub qua etiam continetur (vt dictum est) constantia que a Macrobio ponitur. Ari. autem has partes aliter assignaret, poneret enim fiduciam, magnificentiam, continentiam, temperantiam, et heroicam fortitudinem. q ponat fiduciam patet per illud quod habet in tertio, secundo tractatu capitulo scdo Desperans vtique quia timidus omnia enim timet. Fortis autem econtrario, in audendo enim bone spei translatio. Ibi enim ita habet preterea enim fiduciam bonam spem habet. q autem poneret magnificentiam non in illa significatione in qua accipit magnificentiam in quarto: sed in significatione qua vtitur Tullius. Patet per diffinitionem magnanimitatis quam ponit rhetorice cum dicit, q magnanimitas est virtus magnorum operum factiua, Per contra

Duplicia incomoda.

Cōtinentia qd sit. nentiam intelligit volitionem qua volo persistere in opere fortitudinis, nec pro quocūq; delectabili vel quomodo quod est contra rectam rationem desistere. Per perseverantiam autem intelligit volitionem qua volo insistere operi et pro nullo incomodo sive extrinseco sive intrinseco cuius tollerantia non excedit communem facultatem hominum ab opere desistere. Per fortitudinem heroicam intelligit volitionem qua pro nullo comodo vel incomodo cuius etiam tollerantia est supra communem hominum facultatem, volo ab opere desistere. Est autem fortitudo secundum temperantiam quando omnes passiões que possunt retrahere ab opere forte vel administratione arduorum essent ita cohibiti et refrenate vt non plus notabiliter insurgerēt ad impediendum opus contra iudiciū rationis. Et iste modus Ari. videtur esse clarior et magis rationalis. Cum autem vltimo locutus sum de volitione intelligo hec eadem de executione conformi illi volitioni. Ex quibus patet q̄ secundum Ari. ponerentur quattuor ptes fortitudinis, scilicet fiducia magnificentia continentia perseverantia. respectu autem fortitudinis excellentis communē facultatē hominum adderetur heroica fortitudo: sed quia illa rara est ideo non enumerat eam cōmuniter auctores. ¶ Septima conclusio. Iste partes nō solū sunt partes fortitudinis sed etiam multarum aliarum virtutum. probatur quia in nullo genere virtutis contingit q̄ diffidens vel desperans nec q̄ ille qui propter comoda vel incomoda vt plurimum desistit ab opere habeat omnes habitus morales requisitos ad perfectū opus illi' virtutis. ¶ Octaua conclusio he partes magis necessarie sunt in fortitudine q̄ in aliis. probatur quia vbi plus difficultatis inest: ibi magis necessarii sunt habitus promptitudinem in nobis contra huiusmodi difficultates facientes: sed fortitudo est circa ardua et difficilima tanq̄ circa ppriam materiam. Et huius sententie est beatus Thomas q̄stione. cxxviii. articulo vnico in responsione ad tertium argumētū, vbi dicit q̄ aggredi quascunq; magnas res videtur esse periculosum quia in his deficere est valde nocivum vnde etiam si magnificentia et fiducia circa quecunq; alia magna opera vel aggredienda ponatur: tamen habent quendam affinitatem cum fortitudine ratione periculi imminentis. ¶ Nona conclusio. Oēs iste ptes sūt ptes fortitudis subiectie pmomō accepte. pz q: q̄lz hmōi ps significat act' vl' habit' alicu' v̄tutis et nō nisi fortitudis igit: hoc tn̄ intellectū volo de teris significātib' et nō de reb' significatis q̄a eē totū vel partē hoc modo nō cōuenit nisi rebus q̄ nō sunt signa. Si q̄ras vtrū fortitudo habeat aliquas ptes potētiales? Respondeo q̄ pars potentialis accipit tripl'r vnomodo pro vna q̄litatum actiuarum vel passiuarum que dicitur potētia realiter inexn̄te rei cui' est potentia. Sicut si intellectus eēt res distincta ab aīa mediante q̄ aīa intelligeret: intellectus vel intellectiuū diceret potentia sic. Sil'r de potentia sensitiua et vegetatiua. Et hoc mō dico q̄ nec fortitudinis nec virtutis nec rei cuiuscūq; sūt aliq̄ ptes potētiales. q: nulla penit' necessitas nec ex auctoritate nec ex ratiōe nec ex experientia cogit ponere hmōi potētias tanq̄ q̄litates superadditas exn̄tie rei. Scd̄o mō accipit potētia p re sz q̄ pōt aliqd agere vl' pati et ps potētialis p re sm̄ q̄ pōt agere vl' pati vnū de multis q̄ pōt agere vl' pati. sicut aīa scd̄m q̄ pōt agere vl' pati est potētia, sz vero q̄ pōt intelligere qd̄ est vnū de his q̄ pōt agere vel pati ps potentialis, et scd̄m q̄ pōt sentire dz etiam pars potentialis, et scd̄m q̄ potest vegetare dicitur pars potentialis. Et hoc modo vnus habitus fortitudinis qui potest in multos actus: scd̄z q̄ potest in actum dicitur esse potentia secūdum q̄ potest in vnum eorum dicitur ps potentialis. verbi gratia fortitudo scd̄m gradū pseverantie scd̄m q̄ pōt inclinare ad agendū vel patiendū fortia dicitur potētia: secundū q̄ pōt inclinare ad desideriū magnorū dicitur vna pars potentialis: secundū q̄ potest inclinare ad impendū magna et ardua dicitur alia pars potentialis scd̄m q̄ pōt inclinare ad exequendū et operandum magna dicit' alia pars potentialis. Tertio modo accipit pars potētialis scd̄e intentionali'r et similiter potentia et tunc potentia non est aliud q̄ signum significans rem aliquā sm̄ q̄ pōt agere vel pati. Pars vero potentialis est termin' significans rem illam secundū q̄ potest vnum de multis agere vel pati. Et hoc mō ptes potētiales ɔmunit' sunt termini inferiores ad potentiā vt vegetatiuū sensitiuum et intellectiuum sunt partes potētiales. Et istud tertiū mēbrū vtile est ad intelligendū multas sententias doctorū antiquorū quippier modū loquēdi eorum nō possūt aliter in veritate saluari. p hoc enī apte saluatur quod vnius rei sunt multe potētie et distincte sm̄ q̄ dicit cācellarius pisiēsi. iohānes de gersono. Potentie anime sunt multe non re sed noībus distincte. Secundū hūc modū dicimus q̄ fortitudo habet partes potentiales hoc tertio mō. Nam accipiat habitus fortitudis sm̄ gradū pseverantie ɔstat q̄ iste habitus pōt esse principiū eliciendi volitionē operum fortiū et imperiorum operū fortiū. et potest facere iclinationē ad ɔsistēdum in actu inter duros labores et graues penas et varias passiones dolorū. ideo ptes eius potētiales possunt esse iste volitionū operum fortiū, imperatiuū operū fortium, pseuerātiuū in operibus fortibus. et similia si quos alios actus ille habitus habeat. ¶ Contra secundam ɔclusionem arguit sic. Fortitudo pprie dicta est circa materiā valde specialē: ergo fortitudo pprie dicta nō cōtinet sub se plures fortitudīes specie distinctas: ergo fortitudo nō habet partes subiectiuas. Ad hāc rationē respondeo ɔcedēdo ɔn̄s, et negādo ɔsequentiam q: circa eandē materiā q̄tūcūq; sit specialis pn̄t esse actus moraliter boni specie distincti quare et habit' moraliter boni specie distincti. Ans pbatur ex dictis eiusdē doctoris. Fiducia magnificētia patiētia et pseuerantia circa materiā fortitudinis actus bonos specie distinctos: aliās et iam frequēter dictū est tres eorum superfluerēt. ¶ Secundo circa materiā fortitudinis reperiunt ista quattuor et sunt habitus boni et specie distincti et ɔtinentur sub fortitudine sicut inferiora sub superiore q: fiducia in materia fortitudinis est distincta specie a fiducia in materia iusticie aut temperantie ergo sunt partes subiectiue fortitudinis. Quod sint boni habitus ɔstat. Quod sint specie distincti patet, quia aliter non essent diuerse partes integrales. quod est contra eundem doctorem. Thomas enim non assignat eas diuersas tanq̄ partes integrales, nec tanq̄ partes vnigeneas: sed tanq̄ partes etherogeneas ad actus etherogeneos inclinantes, q̄ autem contineātur sub hoc commune fortitudo, tanq̄ inferiora sub superiore pbatur ɔtinentur tanq̄ inferiora sub hoc cōmuni virtus: et nō imediate vt ɔstat: ergo ɔtinent sub vno genere virtutis vel sub diuersis: sed nō ɔtinētur sub diuersis quia loquor de fiducia magnificētia et huiusmodi nō q̄buscūq; sed de his que sunt circa materiam fortitudinis: ergo cōtinentur sub vno genere virtutis et non sub alio a fortitudine. ergo cōtinētur sub fortitudine sicut inferiora sub supiore. Neq; interest de hoc modo lo- Tho. 2. 2. q̄st. 128.

Ferōs. Pars potentialis q̄ triplici sit. Nota.

quendi quem hic obseruo quia in hoc cõformo me modo loquendi doctoris illius cuius opinionẽ improbo. quia vt iam dictũ est continere vel continert per modũ superioris aut inferioris non conuenit nisi rebus que sunt signa. Et confirmatur hec ratio ex dicto eiusdem doctoris. q. xxxviii. qui de istis quatuor dicit q si conteniur ad ꝓpria materiam fortitudinis scz ad pericula mortis sunt quasi partes integrales. Si autem referant ad alias materias sunt virtutes adiuncte fortitudini distincte ab ea secundum speciem. Ex quibus verbis arguo sic iste quatuor virtutes contracte ad materiam fortitudinis non sunt virtutes adiũcte fortitudini. hoc esti licet non dicat constat tamen apud omnẽ recte intelligentem q ipse illud intelligit. nec sunt virtutes omnino separate a fortitudine: quia tunc nullomodo deberẽt dici partes integrales eius q̃ sunt virtutes sub fortitudine cõtẽte. Preterea q̃cunq; sunt distincta inter se specie et nõ sunt distincta spẽ a fortitudine sunt diuerse species contente sub fortitudine. Sicut quecunq; sunt inter se distincta specie et non sunt distincta specie ab aliis sunt sic q nec ambo nec alterum eorũ specie distinctum sit ab aliis. illa pertinent ad diuersas species sub aliis contentas. sed ista quatuor distinguuntur specie inter se vt constat et iam probatum est. et non distinguuntur specie a fortitudine vt innuit cum dicit q quando sunt circa aliam materiam tunc distinguuntur specie a fortitudine. Hec q tamen dico consequentiam illam. quia hec ex dictoeius infertur bona esse sz in hoc sensu dicta sua a legentibus accipi. Preterea ista quatuor nec sũt eadem specie cum fortitudine. nec distincta specie a fortitudine. et ipsa sũt species. ergo fortitudo nõ est species specialissima. ergo fortitudo est genus istorum. q non sunt eadem specie specialissima cum fortitudine probatur non sunt eadem specie specialissima inter se. ergo non sunt eadem specie specialissima cum fortitudine. da oppositum consequentis sunt eadem spẽ specialissima cum fortitudine stati sequitur oppositũ antecedẽtis. ergo sunt eadẽ specie specialissima inter se. ergo non sũt distincta spẽ a fortitudine ꝓbatur quia q̃cunq; sunt distincta specie a fortitudine continentur sub iusticia vel sub temperantia et sic de aliis generibus virtutum: sed fiducia magnificentia et c. q̃ sunt circa materiã fortitudinis (quia de aliis non loquor) nõ cõtinentur sub iusticia nec sub temperantia et sic de aliis virtutibus a fortitudine. ergo nõ sũt distincta a fortitudine. et ita patet probatio añtis ꝓ vtraq; parte. consequẽtia autem prima ꝓbatur. q̃cunq; multa quorum quodlibet est species vel sunt eadem specie vel distincta specie secunda consequentia probatur quia fortitudo. et ista quatuor sub eodem genere continent scz sub virtute. et non eque immediate quia fortitudo. nec genere. nec spẽ ab eis distinguitur. ergo vel fortitudo continetur immediatius q̃ ista quatuor: vel ista quatuor aut aliqd eorum immediatius continetur sub virtute q̃ fortitudo. sed nec ista quatuor nec aliquod eorum continetur immediatius sub virtute q̃ fortitudo. q̃a tunc fortitudo esset pars subiectiua aliquorum istorum quatuor vel cuiuslibet eorum ergo fortitudo immediatius cõtinet. sz inter oĩa genera et species cõtẽtas sub aliquo cõi illud est cõius qd est illi cõi ꝓpinquius et immediatius. q̃ fortitudo est cõe genus ad ista quatuor et cõtinentur ista quatuor sub fortitudine sicut spẽs sub genere. Cõtra nonã cõclusionẽ arguitur sic. fiducia nõ ẽ aliud q̃ spes. sz spes nõ ptinet ad fortitudinẽ sz potius ꝓ teoricus igitur. Secũdo fortitudo facit hominem bene se habere circa pericula. sed magnificentia et fiducia non

Excusatio auctoris de incepto mõ loquẽdi.

Contra tho. ex ꝓpriis dictis eius.

Resolutio auctoris.

important aliquã habitudinẽ ad pericula ergo magnificentia et fiducia non sunt species fortitudinis. Tertio patientia est omino eadem fortitudini: ergo non est species fortitudinis. antecedens patet quia importat difficilium perpessionem. secundum tulliũ hoc autem importat fortitudo. Quarto illud quod reperitur in qualibet virtute nõ debet poni pars alicuius specialis virtutis. sed pseuerãtia reperit in qlibz virtute dicit enim Mathei. xxiiii. qui perseuerauerit vsq; in finẽ hic saluus erit. Ad primã respõdeo q spes q̃tum nũc sufficit quadrupliciter accipitur. vnomõ pro desiderio vite eterne cũ estimatiõe habendi eã ex gratia et meritis. et ista est virtus theologica. scdomodo pro desiderio circa difficilia cũ estimatiõe bene se hñdi circa ea et sic est omni virtuti morali cõis. Tertio modo pro desiderio circa administrationẽ arduissimorum et difficilimorum. et sic est pars subiectiua fortitudinis cõiter dicte. Quartomõ ꝓ desiderio circa pericula bellica cũ estimatione bene se habendi circa ea et sic est pars fortitudinis stricte accepte quam noie fiducie tullius appellauit. cum autẽ dixi in scdo membro q est omni virtuti morali cõmunis: ego hoc sic non intelligo q ipsa sit tanq̃ cõe quoddã ꝑdicet de qualz virtute cõmuni: sed q ipsa in illa significatione continet multas spẽs et ad qualibet virtutẽ earũ aliq̃ ptinet ꝓportionabilit intelligẽdũ est qd dictũ est in tertio mẽbro. Ad secundã cõcedo maiorẽ: et nego minorẽ si intelligatur vniuersaliter. aliqua enĩ magnificentia puta illa que est factiua magnorum circa materiã fortitudinis et similiter aliqua fiducia importat habitudinẽ ad pericula bellica cũ quo tamẽ stat q aliqua magnificentia puta illa q̃ est circa materiã liberalitatis non iportat habitudinẽ ad picula nisi esset in gradu pseuerãtie ꝯstituta sicut postea dicet. Ad tertiũ nego antecedẽs. q2 nõ sunt eadẽ ꝯuertibilit nõ volo tamẽ fateri eum in termĩs q2 argumẽtũ petit aliam difficultatem. et ad ꝓbationẽ dico q patiẽtia importat difficilium extrinsecorũ ꝑpessionẽ. sed fortitudo preter hoc importat actũ sperandi actum magnifaciẽdi et actũ pseuerãdi quos non importat patientia. Ad quartũ dico q pseuerãtia accipit tripliciter. vnomõ accipitur pro ꝯtinuatione actus boni q̃diu recta ratio dictat ipm esse ꝯtinuãdũ: et ipa reperit in omni virtute imo etiã requirit volitio huiõi ꝯtinuatiõis secundo modo accipitur pseuerãtia pro ꝑsistẽtia in bono opere et nolitione cessandi ab eo ꝓ quacũq; molestia vel incõmodo. pro quo recta ratio dictat non esse desistendum et hoc modo in omni virtute morali reperitur pseuerantia. Tertio modo accipit pseuerantia pro ꝑsistẽtia in operibus arduis cũ nolitione desistẽdi ꝓ quocunq; incõmodo actui intrinseco vel actui de se annexo. et hoc modo est species fortitudinis ꝯmunit dicte quarto mõ accipit pro persistentia i opibus bellicis cum nolitione desistẽdi pro quocũq; incõmodo intrinseco operis. et sic est spes fortitudinis bellice. ¶ Ad rationẽ ante oppositum ꝯcedo maiorem de forma simplici que est vna numero: de diuisione in ptes diuersarum rationum. sed nego de forma que est vna tantum vnitate aggregationis. et de forma vna simpliciter et de diuisione in partes eiusdem rationis. et ista patuerunt in conclusionibus.

B

Differũt fortitudo et patientia.

Postq̃ tractauimus de prima

spẽ fortitudinis ꝯmunit accepte scz de fortitudine stricte accepta ꝯsiter tractãdũ ẽ de secunda scz de magnanimitate. Et pimo quidẽ de ea et speciebus eius. scdo de vitiis oppositis. ¶ Circa igit magnanimitatẽ. ¶ Queritur primo. Utrum magnanimi-

nimitas sit circa magnos honores. arguitur q nõ magnanimus magis contempnit honores q̃ appetit. ergo magnanimitas non est circa magnos honores. In oppositum est quod dicit. Aristote. tertio ethicorum q magnanimitas est circa magnos honores. Pro responsione ad questionem. Notandum est q per honorem nos possumus tria intelligere vno modo administrationẽ laudabilem negotiorum arduorum et difficilium. Secundo mõ possumus intelligere per honorem aliquid quod exhibetur in signum huius modi virtuose administrationis. Tertio modo accipitur pro opinione laudabili q̃ ex huiusmodi signis virtutũ exhibetur generatur et nascitur. secundo modo accipitur prope honor: Et primo rethorice distinguit Aristo. honorem hoc modo acceptum a bona opinione et virtute q enumerat inter partes felicitatis. Magne administrationis et ardue sunt honorabiles dupliciter vno modo quia non cõmittitur a prudentibus viris nisi his qui estimantur magnis honoribus digni, alio modo quia harum rerum virtuosa administratio reddit hominem magnis honoribus dignum E contrario enim huius modi administratio potest dici vituperabilis si viciose et imperite gesta sit huiusmodi autem res honorabiles sunt duplices. quedam sunt q̃ habent magnas vtilitates adiunctas aut alia magna commoda sicut sunt officia dignitates potentatus regna dominia diuina. alia sunt quibus non sunt huiusmodi commoda adiecta s; bene et virtuose gerentibus debetur honor. Itẽ rerum honorabilium alie sunt per se honorabiles, et tales sunt opera virtutum, Alie vero sunt honorabiles non per se. sed ex operatione administrantis. Honor secundo modo diffinitur ab Aristot. sic. Honor est benefactiue opinionis signum, q̃ diffinitio dupliciter potest exponi vno modo sic honor est signum per quod honorans ostendit se opinari q ille cui honorem impendit est benefactiuus. Alio modo sic. honor est signum quo honorãs ostendit q ille quẽ honorat habet opinionem benefactiuam eo q habeat voluntatẽ et scientiam bene faciendi. Est tamen aduertendum q beneficentia accipitur dupliciter. vno modo generaliter pro quacunq impensione beneficii siue per actum virtuosum siue per actũ viciosum. Alio modo accipitur beneficentia pro impensione beneficii virtuosa et laudabili, et ita honor accipitur dupliciter. vno modo pro signo benefactiue opinionis primo modo, et hoc modo tiranni et multi prelati aut principes iniqui honorantur quia multi tales prestant multis magna beneficia et etiam prestare possunt. alio modo accipitur honor pro signo benefactiue opinionis secundo modo, et hoc modo propter solum actum virtutis impenditur honor et solum impẽdit eis q̃ bñficia vel prestiterunt vel prestare possũt. Secundũ illud Ari. Honorantur aũt iuste q̃dẽ maxĩe q̃ bñficia pstiterũt nõ solũ sed honorat etiã qui potest beneficiare. Et docet consequenter quid per beneficentia intelligat. Beneficentia aũt est que ad salutem & quascunq causas essendi ad diuitias aut ad aliquid aliorum bonorum quorum non est facilis possessio aut totaliter aut hic aut tunc. Multi enim propterea que videntur parua honorẽ adipiscuntur: sed modi & tempora sunt cause Ex quo patet q beneficentia est impensio bonorum que magna sunt vel secundum se vel ex circunstantia modi loci vel temporis. Nam etiam quis dicitur aliquando beneficus qui tamen impendit parua: sed vt dicit Ari. circunstantia modi loci vel temporis sunt causa q illud quod in se est paruum reputetur magnum.

[margin:] Triplex honoris acceptio

[margin:] ...posi... diffinitionis Aristotel.

[margin:] ...ficẽtia quid sit

q autem honor proprie dictus solum debeatur beneficentie virtuose probat Buridanus propter beneficium impensum debetur honor: sed ad hoc q aliquid sit beneficium non sufficit q bonum fiat: sed requiritur q benefiat, quia beneficium cõponitur ex bene & facere & nõ ex bono & facere ergo malus inquantum malus non est benefactiuus nec beneficii impensiuus. Probat secundo auctoritate Senece dicentis. Non potest beneficium manu tangi. sed animo geritur: multum interest inter materiam beneficii et beneficium. Non enim aurum vel argentum beneficium est, sed ipsa tribuentis voluntas. Itaq non quid detur aut quid fiat refert: sed qua mente beneficium non in eo quod fit, aut quod datur consistit: sed in ipso dantis aut facientis animo. Hec tamen Senece verba multipliciter exponi possunt vno modo q aurum & argentum nullo modo sint beneficia: et sic non videtur michi verum quicquid enim est bene tributum vel impensum alteri, vt sit sibi causa salutis vel causa essendi, vel auferendi ab eo paupertatem, aut est de numero eorum quorum possessio ẽ difficilis, illud est beneficium siue beneficentia, sed aurum & argentum sunt huiusmodi, ergo sunt beneficia. Secundo actus ipse volũtatis nõ est id qd alteri confert neq est id quo alteri succurritur: ergo non est beneficentia. ¶ Tertio posito solo actu voluntatis et quolibet alio remoto nõ est beneficentia: ergo actus voluntatis non est beneficentia beneficentia enim videtur actum exteriorem importare Alio modo possunt intelligi q aurum et argentũ non habent ex se q sint beneficentia: sed habẽt ex animo id est ẽ actu voluntatis ipsius dantis. Et in hoc sensu concedo. Aurum enim et argentum aliquando sũt mutuum: Aliquando sunt donatio et beneficentia aliquando nullum horum, vt cum vel retinentur apud possidentem, vel transferimus causa emptionis alicuius: et ita cum traditio eorum subordinatur volitioni benefice vel datiue: sunt beneficentia: cum subordinatur volitioni mutuatiue: sunt mutuum: cum volitioni solutiue sunt solutio. q ergo sint beneficium vel beneficentia non habent ex se: sed habent hanc denominationem a volitione dantis. Et aliquando sũt virtuosa beneficentia et laudabilis: quando volitio dantis est virtuosa: Aliquando vero viciosa, quando scilicet huiusmodi volitio est viciosa propter aliquam circumstantiam. q aũt sit magnum beneficium potest intelligi dupliciter. Uno modo secundum denominationem intrinsecam & hoc modo q̃ñ homines data sunt: secundum se magna dicuntur esse magnum beneficium. Secundo modo secundum denominationẽ extrinsecam. Et hoc tripliciter. Uno modo quando sumitur denominatio ab effectu quem circa eum cui tribuntur beneficium faciunt, sicut cum per id sibi multum bene est aut a multa et graui miseria releuatur. Secundo quando sumitur denominatio ab aliqua circumstantia propter quam vel erat multum difficile, vel erat multum necessarium illud prestare. Tertio modo quando sumitur denominatio a magnitudine actus voluntatis, quia scilicet ex actu voluntatis multum magno hoc tributum est. Et secundum hanc distinctionem exponende sunt multe auctoritates veterum que sibiinuicem contrarie videntur.

Actus tamen voluntatis dicitur magnus dupliciter Uno modo propter multitudinem partium intrinsecarum. Et hoc modo actum esse magnum nõ est aliud q ipsum: esse multum intensum. Alio modo actus dicitur magnus ratione obiecti non cuiuscunq sed illius gratia cuius immediate et per se nata est fieri beneficentia. hoc autem obiectum est bene esse illius cui aliquid tribuitur, qui enim beneficus est in alium

[margin:] buridanus 4. ethi. q. noua.

[margin:] multiplex expositio dicti Senece.

[margin:] Beneficium quando dicitur magnum.

[margin:] Actus voluntatis quãliter dicitur magnus

primo vult sibi bene esse, et vt sibi bene sit tribuit sior aurum vel argentum vel aliquid aliud. volo ergo dicitur magna qua ego volo sibi multu bene esse, parua aut econtrario. hec aut distinctio necessaria est: quia auarus amico suo in necessitate posito ex tu voluntatis intensiore benefacit in paruo q in multo, et tamen non propter hoc dicitur beneficentior in omnibus beneficus. Pauper autem et diues interdu volunt bene esse alicui sed pauper vult sibi melius esse q diues. non tn tantu tribuit quantum diues: in tali casu adhuc pauper est beneficentior quia beneficu suum procedit ex maiore, i. intensiore actu voluntatis modo supra exposito. et licet non plus tribuat denominatione sumpta ex magnitudine rei tribute plus tamen tribuit denominatione sumpta ex difficultate tribuendi prouenientes ex circumstantiis personarum: est enim pauperi difficilius tribuere decem quam diuiti tribuere centum: et quia facit datione difficiliore q diues. ideo verisimile est q aut vult illi melius esse aut intensiori affectu vult sibi bene esse q diues. Aduertendu vlterius q datur alia diffinitio honoris honor est exhibitio reuerentie in signu virtutis. de qua diffinitione dicit buridanus q si dif-
Buri. 4o to ethic. qstione nona. ferat ista diffinitio a diffinitione. Aris. illa que est Aristo. est melior Probat quia per diffinitionem Aris. diffinitur ipse honor, per istam vero non diffinitur ipse honor sed honoratio. Pro quo notat q duplex est honoratio quedam est post q nichil in re remanet quod sit signu virtutis vt genuflexio capitis inclinatio, et in ista non differt honoratio realiter ab honore. Alia est honoratio post q aliqd permanet quod est signum virtutis, vt constructio tem-
Duplex honoratio. pli imaginis et in ista differt honoratio ab honore. post enim constructionem templi remanet templi constructu: et post compositionem imaginis remanet imago. Conclusio Buridani bene michi placet sed non ratio quia qui contradicere vellet diceret q exhibitio non est aliud q res exhibita, et ita dicerent q vbi post actum nichil remanet in re q rl le actus e honor: vbi vero post actu aliqd remanet in re ipsa dicerent q illud quod remanet est honor, et q exhibitio non est nisi res exhibita et constructio templi non est aliud q templum construitur aut pars templi constructa cui alia succedit construenda et hoc cum constructio verificatur de templo pro mensura aliqua pro qua esse non verificatur de eo, quia si summus per aliqua potentia construeretur tunc constructio templi esset ipsa res constructa pro primo instanti pro quo est. Videt tn michi q diffinitio Aris. sit melior et q ista ratio diffinit p genus illud quod Aris. diffinit per speciem ita tamen q per hoc diffinitio ista secunda est in plus q diffinitum. Pro quo est notandu q fm Aris. non cuilibet virtuti debetur honor sed tantu virtuti benefactiue. nam homini castissimo vel temperatissimo no impenditur propter castitate honor. Sed si impendit
Nota. sibi, hoc est quia speramus q precibus nostris et orationibus apud deu iuuabit qd sit per virtute benefactiuam, et apud antiquos constructiones templorum imagines p mordias sed no instituebantur alicui propter virtutem qualibet sed tantu propter bnficia impensa vel populo vel toti reipu. vel aliis indigentibus. no dico tamen q propter hmoi virtutes q iste ad se no debeatur honor: sed dico q communiter no impendebatur et qd si aliquid fuisset impensu propter tale virtutem: illud non fuisset ab Aris. appellatu honor: sed intra ea que impendebantur propter virtute bnfactiua. p3 per diffinitione honoris quam ipse posuit. honor inquit est bnfactiue opinionis signu: Sed dr q Aris.

hic appellat benefactiua virtute omne illa virtute que est bene operatiua. Cotra hoc arguitur p illud qd immediate sequit. Honorantur aut quide iuste maxime qui beneficia prestiterut: sed honorat etia qui potest beneficiare. Et sequitur etia beneficentia aut que ad salutem &c. Ex his formatur iste sillogismus, omnis honor est exhibitus in signu virtutis benefactiue sed no oe exhibitu in signu virtutis e exhibitu i signu virtutis bnfactiue. g no oe exhibitu in signu virtutis est honor. et per consequens diffinitio illa est communior q diffinitum. Scdo probo q non sit eque bona quia secundum Aris. honor non est signu virtutis benefactiue sed est signum estimationis et opinionis qua habet hoies de virtute bnfactiua alterius. alias honor frequentissime esset falsum signum cum per ipsum aliquis significaretur esse virtuosus qui tamen esset multum viciosus vicio opposito illi virtuti propter cuius estimationem sibi impenditur honor. Et cum in rei veritate nesciunt homines communiter de alio a se an sit vere virtuosus an non: cum non habeant noticiam secretorum cordis a quibus dependendet bonitas actus exteriori. Si honor deberet esse signum virtutis frequentissime contingeret vel q honor esset signum falsum, vel q id quod exhibetur p signo non esset honor. homies aut honorantes aliquem sciunt de seipsis vtrum estiment eu cui illud impendunt benefactiuum vel non adeo honor ab eis impensus non est eis falsu signum. Et inde est q Ari. diffinit honorem per esse signum non virtutis sed opinionis benefactiue: vel vt habet noua translatio estimationis benefactiue et vbi q pene vtitur isto modo loquendi. Ex quibus infero primo q aliquid quod ab aliquibus exhibetur vt honor: secundum sibi consimile exhibetur ab aliis: vt dedecus. Pater de capitis inclinatione et genuflexione que cum multis exhibeantur vt honor: christo tamen et nonnullis aliis sanctis viris exhibita sunt vt dedecus. Infero secundo q aliquid idem simul et semel exhibetur vt honor et dedecus. probatur primo ex parte exhibentium sit aliqua multitudo ciuium que debeat costituere certam imaginem in memoriam inii principis quem multi de illa multitudine existimant virtuosum et benefactiuum, et multi malefactiuum et communi consensu conueniant in certas protractiones imaginis que apud vnam partem multitudinis designet estimationem virtutis et apud aliam designent estimationem viciorum, quia huiusmodi protractiones sunt signa multum equiuoca virtutum et viciorum et maxime quando virtutes et vicia habet inter se vicinitatem vt prodigalitas et liberalitas, frugalitas et auaricia, superbia et magnanimitas, perseuerantia et pertinentia constat enim q hec imago est honor qz est signum opinionis benefactiue et est dedecus, quia e. signum opinionis malefactiue. Secundo probatur ex parte partium eius rei que est honor. nam possibile est q princeps ille estimetur ab omnibus in aliquo benefactiuus et in aliquo malefactiuus, et q ciues constituentes sibi ymaginem, p aliquas partes ymaginis velint representare estimationem quam habet de eius bnficiis et per alias estimatioe quam habent de eius maleficentia: ergo eadem res erit secundum diuersas partes honor et dedecus. ¶ Confirmatur quia eadem oratio siue soluta: siue metris siue numeris astricta potest pro vna parte continere virtutes alicuius: et pro alia parte vicia vt constat: et tamen huiusmodi orationes laudatiuas. Aristoteles reponit inter partes honoris. similiter eadem oratio potest continere laudem vnius et vitia alterius sicut oratio Plinii ad Traianum continet laudes immensas

Nō cuiuslibet opationis virtuose debetur honor

Correlarium.

traiani et vitia nonnullorum imperatorum precedentium. Infertur tertio quod virtus non est causa honoris sicut vult Buridanus: sed estimatio virtutis. probatur honor non est signum virtutis sed estimationis benefactiue virtutis, ergo non est virtus sed estimatio virtutis benefactiue causa honoris. Signum enim proprie est quod natum ex aliquo ipsum ostendit vt vult Quintilianus in Institutionibus. placet tamen michi distinctio Buridani qua dicit quod honor accipitur tripliciter vnomodo quantum ad causam, et hec est estimatio virtutis benefactiue. Non enim quibuscumque virtuosis volumus afferre honorem, sed his tantum quos estimamus benefactiuos. Secundo modo quantum ad substantiam, et sic honor vt dictum est, est signum huiusmodi existimationis Tertio modo quantum ad effectum et hic effectus in eo qui honoratur est delectatio secundum illud Aristotelis primo rethorice. Et honor et complacentia delectabilissimorum propterea quod fit fantasia vnicuique quod talis est studiosus. In aliis autem ab eo est estimatio virtutis benefactiue vel bona fama vel bona opinio de virtute benefactiua alicuius. Et hec dicta sunt in communi de honore. ¶ Prima conclusio. Magnanimitas est primo et per se circa magnas et arduas ac difficiles administrationes. Probatur primo per diffinitionem magnanimitatis quam ponit Ari. primo rethorice. Magnanimitas est virtus factiua magnorum benefactorum, ex quo apparet quod Aristoteles non diffinit magnanimitatem per appetitum magnorum honorum, sed per operationem magnorum benefactorum. Probatur secundo per eundem Aristotelem tertio ethicorum Habet enim quod magnanimus non parua pericula neque frequenter adit sed magna. Et capitulo eodem. et paucorum quidem operatiuum sed magnorum et nominabilium et multa similia habet. Probatur tertio auctoritate ciceronis libro primo de officiis vbi

Cicero

loquens de fortitudine dicit splendidissimum genus honestatis videri quod animo magno elatoque humanas res despiciente factum sit. Et paulo post, sed ea animi elatio que cernitur in periculis et laboribus: si iusticia vacat pugnat quod non pro salute communi, sed pro suis commodis in vicio est. adit.

diffinitio stoicorum.

Itaque probe diffinitur a stoicis. Fortitudo cum eam virtutem esse dicunt pugnantem pro equitate. Nec quemmireris quod loquatur de fortitudine et nos de magnanimitate quia in nullo loco videtur fortitudinem a magnanimitate distinxisse. sed semper de his indifferenter locutus est. Et loco eodem: fortes autem igitur et magnanimi sunt habendi non qui faciunt: sed qui propulsant iniuriam. ¶ Quarto per illud eiusdem quod immediate sequitur. Vera autem et sapiens animi magnitudo. honestum illud quod maxime natura sequitur. in factis positum non in gloria iudicat principem quod se esse mauult quam videri. Ex qua actoritate patet quod magnanimitas magis est circa magna recta quam circa gloriam siue honorem. multa alia adduci possent. sed adducentur in probationibus sequentium. ¶ Secunda conclusio magnanimitas per se est in contemptu rerum externarum probatur per Ari. in tertio. licet et adhuc et circa diuitias et potentatus et omne bonum fortunam et infortunium moderate habebit quomodocumque fiant et neque bene fortunatus valde gaudiosus erit: neque infortunatus tristis. et paulo post. potentatus enim et diuitie propter honorem sunt desiderabilia habentes igitur ipso honorari per ipsa volunt: cui autem et honor paruum est hinc et alia propter quod et despectores videntur esse: et in eodem tertio et potens possedisse magis bona et infructuosa fructuosis et vtilibus. vbi alia translatio magis quod volet res preclaras et inutiles quam fructuosas et vtiles. probatur secundo auctoritate. Ciceronis primo de officiis. Omnino (inquit) fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur. quarum vna in rerum externarum despicentia ponitur: cum persuasum sit nichil hominem nisi quod honestum decorumque sit aut admirari, aut optare, aut expetere oportere: nulli quoque neque homini neque perturbationi animi neque fortune succumbere. altera est res vt cum ita sis affectus animo vt supra dixi res geras magnas: illas quidem et maxime vtiles sed vt vehementer arduas plenas quoque laborum et periculorum. tum vite, tum multarum rerum causa que ad vitam pertinent. propter illud quod paulo post subiungitur. nam et ea que eximia plerisque et preclara videntur parua ducere eaque ratione stabili firmaque contemnere fortis animi quoque dicendum est. Et ea que videntur acerba que multa et varia in hominum vita fortunaque versantur. Ita ferre vt nichil a statu nature discedas: nichil a dignitate sapientis. Robusti animi est magnique constantie. Idem habet capitulo xxi. vbi reprobat vitam otiosorum concludens ita fructuosior autem hominum generi et animi claritatem amplitudinemque aptior eorum qui se ad rempublicam et ad magnas res gerendas accomodauerunt. Ad idem possent adduci omnia que idem cicero dicit de fortitudine et magnanimitate ex quibus legentibus constat quod ipse posuit magnanimitatem circa rerum arduarum et difficilium administrationem. De contemptu autem rerum externarum habet in eodem. xiii. capitulo. Capescentibus autem rempublicam nichil minus quam philosophis hic haud scio an magis etiam magnificentia et despicentia adhibenda sit rerum humanarum. Secundo probatur. ¶ Tam prima quam secunda conclusio. Administratio reipublice potest bene et male suscipi et bene. et male recusari. Recusari male si homo recuset ea que potest ad vtilitatem publicam administrare. Nam si quis cum bene possit administrare ideo refugiat quia formidat labores et molestias vel ignominiam et infamiam ex offensionibus et periculis consurgentem. Aut propter nimis magnum contemptum honoris: male recusat. quod si recuset quis cum sit vir excellentis ingenii qui se doctrine dedit aut quia est valitudinarius aut inbecillis nec se dignum vere existimat qui possit ad vtilitatem publicam administrare tunc recte et bene recusat. Quod si talis susciperet graues et difficiles administrationes reipublice, et reputet dignum his administrationibus cum tamen non sit dignus tunc male suscepit. Si vero sit dignus et suscipiat eas quibus se dignum vere putat quomodo et gratia huius oportet: tunc bene et virtuose suscepit. Hec omnia probantur auctoritate Ciceronis eodem. xiii. capitulo. Quapropter et his (inquit) forsitan concedendum sit rempublicam non capescentibus qui excellenti ingenio doctrine sese dederunt: et his qui aut valitudinis imbecillitate, aut aliqua grauiori causa impediti a republica recesserunt: cum eius administrande potestatem aliis laudemque concederent.

Cicero.

Et sequitur. quibus autem talis nulla sit causa si despicere se dicant ea que plerique admirantur imperia et magistratus hunc non modo non laudi verum etiam vicio dandum puto. Et paulo post. Sed videntur (inquit) labores et molestias: tum offensionum, tum repulsarum quasi quandam ignominiam timere et infamiam. Sunt enim qui in rebus contrariis parum sibi constent voluptatem seuerissime contempnunt: in dolore sunt molliores, gloriam negligunt, frangantur infamia. atque ea quidem non satis constanter agunt. probatur etiam per illud quod statim sequitur. ad rempublicam gerendam autem qui accedit caueat ne id modo consideret, quam illa res honesta sit sed

etiā vt habeat efficiendi facultatē.in ꝗ ipso cõside
rādū est)ne autē temere desperet ꝑpt ignauiā.aut
nimis cõfidat ꝑpter cupiditatē. Ex his clarissime
patet ꝙ in susceptione arduarū administrationū
põt aliquis deficere/superhabundare.et medio mo
Correla. do se habere/ergo circa hmõi susceptionē põt esse
aliqua ꝟtus moralis inclināā nos ad suscipiēdū
eas ꝗa possum⁊ bñ ꝛ laudabiliter gerere/eo mõ ꝗ
opꝫ ꝛ grā cui⁊ opꝫ/ꝛ ad recusandū etiā eas ꝗb⁊ nõ
sum⁊ digni:sed illa ꝟt⁊ nec ē iusticia nec tēpantia
nec prudētia.ꝗ ē magnanimitas siue fortitudo cõi
ter dicta.Tertia cõclusio magnanimitas est circa
magnos honores. ꝓbaꝛ ꝗa cõtingit honores ma-
gnos bñ ꝛ male appetere ꝛ reicere/ꝛ etiam medio
criꝛ.ꝗ circa magnos honores põt eē aliꝗ ꝟt⁊ nos in
clināš ad appetēdū ꝛ reiciendū ꝯformiꝛ ad iudiciū
recte rõnis.sꝫ illa ꝟt⁊ nõ est aliō ꝙ magnanimitas
ꝗ ex suo noīe iportat magnitudinē aīi igiꝛ. Scđo
repiitur aliqui ꝗ dignificant se magnis ꝗbus di-
gni sūt:et repiuntur aliqui q dignificat se puis ꝗb⁊
etiā digni sūt/scđus diciꝛ tēperat⁊ vel modest⁊ vt
hꝫ aliā trāslatio Arꝫ.pmus aūt dicitur magnanī⁊
sūt etiā aliqui ꝗ dignificāt se magnis quibus tamē
indigni sūt.et isti dicūtur caymi siue inflati alii ꝟo
non dignificant se tā magnis ꝙ magnis digni sūt
ꝛ isti vocātur pusillanimes scđo magnanimitas se
hꝫ ad honores sicut pulchritudo ad corp⁊.sed pul-
chritudo nõ ē nisi in magno corpe.Parui enī inqꝛ.
Arꝫ.formosi ꝛ cõmēsurati/pulchri ꝟo nõ.ꝗ magna
nimitas nõ ē nisi circa honores magnos.Hec ē inīa
Arꝫ.ī ꝗrto capꝉo de magnanimitate vbi ꝓbat hac
ꝯclusionē.Pro cui⁊ expositiõe.aduteꝫ ꝙ dignificare
se honore ꝯtingit dupliciter vno mõ ꝗa quia se existi-
expositio mat dignū honore illo ꝛ se iam ipsum promeruisse
ꝗrti capi sicut dux qui victoriā retulit de hostib⁊ scđm legem
tꝫ de ma triūphor existimat se dignū triumphorer qui ma-
gnanimi gnā vtilitatē attulit reip.existimat se dignū statua:
tate ꝗrti ereccõnas ꝙ hoc mõ in appetitu honoris potest con-
ethicorꝫ tingere excessus defectus ꝛ mediocritas:scđomodo
aliquis existimat se dignū honore aliquo qꝛ existi
mat se dignū dignitate aliā habente administra-
tionē aliꝗ.cui administrationi ipse cõfidit se posse
sufficere ꝛ eam nõ ee sibi scđm ꝗcūꝗ circunstantiā
inconuenientē.Cõtra quod erraret quis si p hoc ꝓ-
cise ꝙ putat se posse sufficere administratiõi alicui
ex hoc putaret se dignū illa dignitate puta si per
hoc ꝙ ꝗs posset bñ administrare regiā dignitatem
ipse existimaret se dignū honore regio et principa
tu illo et defacto appeteret.hoc non proueniret ex
magnanimitate sed ex cupiditate et stulta ambitiõ
ne/quia sibi deficeret circunstantia generis siue ꝗ
non debet se existimare dignū.Erraret etiā ille cui
conueniret circunstantia generis et multe alie.et iā
sibi tamen deficeret facultas administrandi/quia
scđm ꝙ nuper aū allegatū est ex Cicerone ei qui ac
cedit ad rempu.gerēdā non solum cõsiderandum est
ꝗtum illa res sit honesta:sed etiam an habeat effi-
ciendi siue gerendi ꝛ administrandi eam facultatē
Ex his duobus modis intelligit Arꝫ.ꝙ magnani-
mus se dignificat magnis dignus existens :vbi nõ
addidit honoribus ne erraret aliquis.credens ꝙ
magnanimitas esset tantū circa preeminentias et
honores appetēdos.Et iō expõe qui se dign⁊ exñs
magnis vel administratiōibus/vel honoribus/vel
vtrisꝗ se illis dignificat.i.dignum putaret existi
Nota mat subeūdo scꝫ que subeunda.verū aūt procuran
do videbitur postea.Et ad hunc sensū exponēd⁊ est
totus tractatus de magnanimitate.Quarta con-
conclusio.Maxime magnanimus tanꝙ circa pre-

mium sibi a creatura rõali tribuibile est circa max-
mos honores.Probatur hec conclusio ratiõe Arꝫ.
Magnanimus se dignificat tanꝙ premio bonis
exterioribus magnis:sed maximum bonum inter
exteriora est honor.Quod ꝓbatur Tum ꝗa hono-
rem maxime diis attribuim⁊.Tum scđo ꝗa qui in
dignitate sūt/nisi sit in eis rectitudo nature corru-
pta/maxime honorē desiderant.Tum qꝛ honor est
premiū ꝛ merces clarissimarū rerū:ꝗ honor ē inter
bona exteriora maximū ꝗ maxime magnanimus
se maximis bonis exterioribus dignificat.aūs pro
batur:ꝙ enim magnis probatum est ꝙ exteriorib⁊
probatur quia dignitas vt dicit Arꝫ.est ad ea que
sunt exterius bona.Cū ergo maximum bonū inter
exteriora sit honor:sequiꝛ ꝙ se dignificat maximis
honoribus.Dixi autē de premio sibi a creatura rõ
nali tribuibili:qꝛ vere magnanimus appetit bona
eterna scꝫ beatitudinē eternā.nec tū forte fuit neces
sitas addere illō:qꝛ licet magnanim⁊ appetat bea
titudinem eternā ꝑ premio.non tamen se putat di-
gnū ea:immo cum sperat eam esse sibi cõferendā : nõ
existimat eā esse sibi conferendā precise ex dignita
te meritorum:sed ex gracia et liberalitate premi-
antis.a qua et merita et merces manauerūt.neꝗ pu
tat se ex viribus suis habere facultatem consequendi
eam.Ideo si magnanimus feratur in beatitudinē tanꝙ
ꝙ in premiū:aliter calificandus est appetitus/et si-
militer estimatio virium et facultatis sue ꝙ circa ho- Quid ho
norem et alia bona temporalia.Qꝛ videndum autē nor sit et
qui sunt parui et magni honores. Aduertendum est pumitus
ꝙ honor formaliter est signum:et appetitur a magna
nimo secundū ꝙ signum et ideo ex eo ꝙ honor est me
lius signum vel minus bonū signum : ex eo est maior
vel minor.ꝙ autem aliquid sit melius signum potest
contingere tripliciter.Vno modo quia est signū me-
lioris opinionis et estimationis : sicut honor tribut⁊ Q¹
a viris prudentibus et virtuosis et veridicis et hoc ip
sum minuens/est signum melioris estimationis/ꝙ Signum
honor tributus a viciosis Et hoc habet expresse.Arꝫ. multifa-
primo rethorice. Et honor(inquit) et complacen- riam dr
tia delectabilissimorum propterea ꝙ fit fantasia vni melius.
cuiꝗ ꝙ talis est studiosus et magis cum existimet quos
putat veraces esse.talis autem qui prope magis ꝙ ꝗ
longe:et simul ꝯuersari et noti:et ciues ꝙ qui aliunde:
et existētes ꝙ futuri:et prudētes ꝙ insensati.ꝛ multi ꝙ
pauci.magis enī verisimile veridicos esse dictos cõtra
rios.Et se quis:quis quos ꝗs multū ꝯtēpedit sicut pu
eros aut bestias nichil curat de horum honore aut
opinione ipsius opinionis gratia:sed si quidem pro
pter aliquid aliud.Secundo modo signum diciꝛ me
lius quia indicat ꝙ estimatio cuius est signum sit de
meliori ꝛ prestantiori bono:vt honor tributus alicui
indicans ꝙ fuit iustus vel fortis est melior et melius
signum/ꝙ honor indicans ꝙ fuit affabilis vel ma-
gnificus.quia secundum Aristo.in eodem primo rhe
thorice.Necesse autem maximas virtutes eas esse que
aliis honoratissime.siquidem est virtus potentia be
neficatiua.propter hoc fortes ꝛ iustos maxime hono
rant:hic quidem enim in bello:hic autem ꝛ in bello ꝛ
in pace vtilis est.Tertio modo signum dicitur meli⁊
quia diuturnius est ꝛ incorruptibilius.ꝛ hoc modo meli
nationes capitis genuflexiones et similia que tran-
seunt et nichil relinquunt signum sunt et minora bo-
na.Illa vero que per vitam durant vt alimenta pu-
blica sunt adhuc maiora:Illa vero que ad poste-
ritatem transmittuntur vt imagines monumen-
ta et alia huiusmodi/hi sunt signa boni eque magni
adhuc sunt maiora. Dixi autem si sint signa ꝛc.quia
forte alimēta publica et triūphus tribuebātur iātū

pro maximis beneficiis in republicaꝫ pro minoribus
tribuebant imagines & monumenta sed de his post-
ea. Aliter tamen honor dicitur magnus ratione ad-
ministrationis vel annexe vel antecedentis. Antecedens
tis si capiatur precise honor pro signo. Annexe si ac
cipiatur pro dignitate habente administrationem gra
uem et difficilem, vt iudicatura prefectura consulatus
ducatus cardinalatus episcopatus et ceteri cura pu-
blici regiminis, magisterium doctoratus regentia que
omnia dicuntur maiora quo cura vel administratio eis
annexa dicitur esse difficiliora et maiora. Quod con
tingit dupliciter aut secundum naturam negociorum vt cura
pastoralis quam prefectura: aut secundum conditionem circum
stantiarum vt cura pastoralis vno tempore quam alio & in vno
Nota. loco quam in alio. ¶ Quinta conclusio magnanimitas est
circa id quod est in vnaquaque virtute magnum. probatur
primo auctoritate Aristotelis in quarto. Videtur autem (in-
quit) esse magnanimi quod in vnaquaque virtute ma-
gnum. Secundo magnanimitas (vt dictum est) est cir
ca arduas et difficiles administrationes sed huiusmo
di ardue et difficillime administrationes non possunt
geri nisi mediantibus magnis operibus omnium virtutum
et etiam difficillimis igitur. Confirmatur quia magnani
mus est circa omne illud quo non posito per eum ne-
cesse est a magnanimitate sua cadere. sed si magna-
nimus non operetur magna opera aliarum virtutum ne-
cesse est eum frequenter cadere a magnanimitate igitur
¶ Pro declaratione huius conclusionis aduerte quod ma
gnanimitas non dicitur esse circa omne quod est in
vnaquaque virtute magnum eo quod omnis magnanimus tam
habeat excellentissimos habitus aliarum virtutum.
Quod patet sic. Magnanimitas facit alias virtutes
maiores ergo non inuenit eas tam perfectissimas. ans
probatur per illud Aristotelis. videbitur quidem igitur magna
nimitas vt ornatus quidem esse virtutum: maiores enim ip-
sas facit et non fit sine illis. Necesse est enim vt magna
nimitas iam habeat multas alias virtutes, et eas ma
xime que ad gerendas publicas administrationes ma
gis necessarie sunt vel vtiliores. Dico ergo quod magna
nimitas est circa id quod est in vnaquaque virtute ma-
Quomodo magnanimitas est circa illud quod est in vnaquaque virtute magnum. gnum quia inclinat ad operandum secundum vnamquamque
virtutem magna, et maxima. Quod contingit dupliciter
Vno modo quia ab ea immediate elicitur volitio ma
gnorum et maximorum operum aliarum virtutum: et hoc
modo verum est magnanimitatem esse circa id quod est in
vnaquaque virtute magnum: volitio enim qua quis vult
esse excellenter iustus vel excellenter temperatus et sic de
aliis a magnanimitate elicitur. Secundo modo quia ab
eo non elicit talis volitio immediate sed mediante actu
ipsius magnanimitatis: verbi gratia magnanimus
suscepit magna negocia tractanda: iam intelligit quod
non potest tractare laudabiliter illud negocium nisi per
excellens opus magnificentie aut iusticie: tunc magnani
mus firmat primo in se animum magnanimiter operan
di, et elicit mediante habitu magnanimitatis voli-
tionem qua vult efficaciter facere magnanimiter: & me
diante isto actu elicito (qui non potest esse efficax neque
imperatiuus executionis nisi vel excellenter iuste vel
excellenter magnifice faciat) elicit volitionem qua
vult excellenter vel iuste vel magnifice vel forte viro-
que modo facere. Et si sint duo iusti habentes iusti-
ciam secundum equalem gradum quorum vnus sit
magnanimus & alius non: & incubat vtrique aliquod
magnum opus iusticie faciendum sic tamen quod illud opus
incumbat magnanimo propter administrationem ali
quam susceptam explendam: tunc qui est iustus & non
magnanimus non inclinatur in illud opus iusticie nisi
si per habitum iusticie, & forte inclinatione satis re-
missa si habitus suus non sit multum intensus. Ille

vero qui est magnanimus inclinabitur tripliciter.
Vno modo ab habitu iusticie. Secundo modo ab ha
bitu magnanimitatis inquantum est volitiuus magno
rum operum in vnaquaque virtute. Tertio modo ab
eodem habitu magnanimitatis inquantum est primo
& immediate volitiuus sui proprii actus & mediante
eo est volitiuus cuiuscunque actus sine quo non po-
test actus suus expleri. ¶ Sexta conclusio magnani Nota.
mitas est circa diuitias potentatuum et omnem bonam
fortunam. probatur magnanimitas est moderatiua
delectationis prouenientis ex dictis bonis cum ad-
sunt aut cum sperantur inesse, et tristicie prouenientis
ex carentia predictorum bonorum cum non adsunt aut
cum desperantur adesse ergo magnanimitas est cir
ca hec omnia. antecedens est Aristotelis in quarto cum ait
sed adhuc & circa diuitias et potentatum et omnem
bonam fortunam et infortunium moderate habebit
quomodocunque fiant, et neque bene fortunatus vtique gau
diosus erit neque infortunatus tristis. Secundo quia
magnanimitas est circa illud quod est causa honoris
in magnanimo. sed bone fortune sunt cause honoris
in magnanimo cum propter bonas fortunas homi
nes estimantur digni honore igitur. Et hanc ratio-
nem tangit Aristoteles cum ait videntur autem et bone for
tune conferre ad magnanimitatem nobiles enim di
gnificantur honore et potentes et diuites, in super-
excellentia enim bono autem superexcellens omne ho
norabilius. Tertio circa omne illud est magnanimi-
tas per quod tanquam per instrumentum quodam ope
ra magnanimitatis geruntur et ardua & difficilia ne
gocia tractantur et administrantur: sed per hec bona
fortune administrantur tanquam per instrumenta quedam
ardua & difficilia negocia et exequuntur opera ma-
gnanimitatis igitur. maior videtur nota quia omnis
virtus inclinans ad aliquod opus inclinat ad omnia
sine quibus non potest geri opus illud aut etiam non
tam commode nec tam laudabiliter. minor probatur per
Aristotelem in primo ita dicentem. Videtur autem et eorum
que exteriorum sunt bonorum indigens quemadmodum di
ximus. Impossibile enim vel non facile bona opera-
ri impotentem tribuere existentem. multa quidem enim ope
rata sunt (quemadmodum per organa) per amicos per
diuitias per ciuilem potentiam. quibusdam aut denu-
dati coinquinat beatitudinem vt puta nobilitate bo
na prole, pulchritudine. Non omnino enim felix est qui
specie turpissimus vel ignobilis vel solitarius & sine
prole hec Aristoteles. vbi ponit ea que exiguntur ad felicita-
tem que non omnia sunt necessaria ad magnanimi-
tatem. Constat tamen quod inter omnia opera virtutum
magnanimitas & fortitudo & magnificentia maxime
egent bonis exterioribus. Et hanc rationem tangit Aristoteles
in quarto propter quod & talia magnanimiores faci
unt. ¶ Septima conclusio magnanimitas non est cir Nota.
ca pecunias tanquam circa id quod intendit per graues
& arduas administrationes consequi. probatur quia
magnanimus non est contemptiuus bonorum que per
opera magnanimitatis intendit consequi: sed magna-
nimus est contemptiuus pecuniarum & bonorum for
tune vt in secunda conclusione diffuse allegatum est ex
Tullio igitur. Secundo qui cupiditate lucri res ar-
duas aggreditur non est promptior ad beneficiandum
quam ad beneficiari: neque verecundatur cum beneficium
suscipit: sed magnanimus promptus est ad benefaci
endum aliis & beneficiatus verecundatur. igitur. vt ha
betur Aristoteles in quarto cum ait: Et potens benefacere: be-
neficiatus autem verecundatur. hoc quidem enim super
excellentis, hoc autem superexcelli probat etiam per
illud quod iam allegatum est. & potens possedisse ma
gis bona & infructuosa, fructuosis & vtilibus. ¶ Octa

ma conclusio magnanimitas magis est circa honores
q̄ circa bona fortune. Probatur quia magnanimus
magis dolet propter carentiam honorum q̄ propter ca-
rentiam bonorum fortune. quod patet p Ari. in quar
to qui postq̄ probauit q̄ moderate se habet circa hec
bona et mala fortune, et q̄ non multum gaudet si ha
beat, neq̄ multum tristatur propter infortunia subiū
git. Neq̄ enim circa honorem ita habet vt maximū
ene. Secundo magnanimus non cupit bona fortune
nisi inq̄tum valent ad honorem consequendū. igitur
magis est circa honorem q̄ circa bona fortune. Aīs
probatur per Aristotelem. Potentatus enim (inquit)
et diuitie propter honorem sunt desiderabilia. habē-
tes igitur ipsa, per ipsa honorari volunt. ¶ Tertio
si vir magnanimus in administratione rerum graui
um in hac conditione positus sit vt sit sibi patiendū
detrimentum in bonis fortune aut in honore ipse ex
magnanimitate sua inclinabitur magis ad ferendū
detrimentum diuiciarum cum integritate honoris q̄
detrimentum honoris cū integritate bonorum fortune:
vt satis constat ex multis que dicta sunt. ergo magis
Magnanimitas circa arduas administrationes. est circa honorem q̄ circa bona fortune. ¶ Nona con
clusio magnanimitas magis est circa arduas et diffi
ciles administrationes q̄ circa honores. probatur q̄ si
sit ea conditio rerum et circunstantiarum vt vel male
et viciose gerende sint vel priuandus sit honore q̄ con
ferri solet tales administrationes recte gerentibus:
vir magnanimus magis eligit recte et virtuose admi-
nistrare cum priuatione honoris q̄ administrare vi-
ciose cum assecutione honoris. ergo magnanimitas
magis est circa rectam administrationem arduorum
negotiorum q̄ circa honores. q̄ cōditio posita in an-
tecedente sit possibilis. probatur volo q̄ alicui bono
et perito viro sit aliqua administratio commissa et sit
aliquis in ciuitate potens admodum q̄ instet vehement
apud eum de modo gerendi illam administrationem
qui modus secundum rei veritatem non sit virtuosus
sed viciosus, et sciat q̄ si sequatur illum modum ipse
viciose administrabit: si autem non sequatur per poten
tiam illius impedietur ab honore quem solent conse
qui hi qui similes administrationes gesserunt talia
si sit vere magnanimus magis eliget administrare vir
tuose et priuari honore q̄ administrare viciose et ho-
norem assequi. ¶ Decima conclusio magnanimus sic
est circa magnos honores q̄ magis cupit se his digni
facere q̄ eos consequi. probatur esse dignum magnis
honoribus est simpliciter melius q̄ habere magnos
honores. ergo magis cupit esse dignus magnis hono-
ribus q̄ magnos honores assequi. probatur cōsequē-
tia quia omnis virtus que per se est circa aliqua duo
magis est circa id quod est melius. ¶ Tum secūdo q̄
si magnanimus esset in ea necessitate vt altero duorum
priuandus esset minus fugeret priuari magnis hono
ribus q̄ hoc quod est esse dignum magnis honoribus.
¶ Tum tertio quia fit dignus magnis honoribus p
excellentia opera virtutum. Sed magnanimus ma-
gis cupit excellentia opera virtutum q̄ honorem ip-
sum igitur. ¶ Undecima conclusio vere magnanimus
cum suscipit dignitatem aliquam que et administra-
tionem arduorum negotiorum et honorem magnum
et etiam vtilitatem magnam annexas habet. magis
cupit dignitatem propter rectam administrationem
q̄ propter amplitudinem honoris vel copiam vtilita
tum. Patet ex dictis quia magnanimitas magis est
circa rectam administrationem arduorum negociorum
q̄ circa vtilitates aut honores. Ex quo sequitur q̄ si i
lla dignitate vnum ab aliis separetur et non posset
retinere nisi vnum ipse magis retineret administratio
nem ipsam q̄ honorem vel vtilitatem. Sequitur secū

do q̄ his diebus pauci sunt magnanimi. nam pauci
reperiuntur qui nisi propter vtile aut honorem aline
rum administrationes cupiant imo communiter reti
nemus nobis honorem et vtilitatem et administratio
nem aliis committimus vt prelati vicarius baliui lo-
cum tenentibus et ita de multis aliis. ¶ Duodecima
conclusio vere magnanimus magis cupit opinionem
virtutis benefactiue q̄ honorem. Probatur quicūq̄
q̄ diligit aliquid vt signum magis diligit signatum
sed magnanimus diligit honorem tanq̄ signum opi
nionis benefactiue. ergo diligit magis opinionem be-
nefactiuam. ¶ Decimatertia conclusio magnanimus magnanimus magis cupit opinionē q̄ honorem.
magis cupit esse virtuosus siue habere opera excellē-
tia virtutis benefactiue. q̄ cupiat opinionē de huius-
modi excellentibus operibus probatur quia secundū
Aristotelem magnanimus magis curat veritatem q̄
opinionem et q̄ magis appetit esse bonus q̄ videri
bonus. ¶ Contra primam conclusionem arguitur sic
Magnanimitas est circa magnos honores: ergo nō
est circa arduas administrationes. consequentia te-
net quia vnius virtutis oportet esse vnum obiectum:
sz nichil cōmune honoribus magnis et arduis admini-
strationibus est obiectum magnanimitatis et mag-
nus honor est obiectū eius. ergo non. Et antecedens
probatur per Aristotelē in quarto capitulo de magna Ardua administratio.
nimitate. Maxime quidē igitur circa honores et ho
norationes magnanimus est. Et paulo ante eandem
sententiā posuit. et in eodem dicit q̄ non se habet ma
gnanimus circa honorē sicut circa alia vt allegatum
est in secunda et quarta cōclusionibus. Secundo oīs
virtus est circa aliques passiones aut operationes.
sed ardua difficilia negocia nec sūt passiōes nec ope
rationes. ergo circa ea non cōsistit magnanimitas et Argumentū. 1. 2. q̄stiōe. 129. articulo. 1
per consequēs nec circa administratiōes eorum. ¶ Ter-
tio negocia ardua geruntur per actus et opera omniū
virtutū, cū necesse sit multas virtutes cōcurrere ad ge
stionē vnius ardui negocii. ergo circa horū administra
tiones nō est plus magnanimitas q̄ alia virtus. ¶ Ad
primam respondetur negando consequentiā. Et ad
probationē nego assumptū et dico q̄ arduū et difficile
est cōmune administratiōibus et honoribus magnis
et potest hoc assignari esse obiectum magnanimita-
tis. Et si dicas q̄ alie virtutes sunt circa ardua et dif
ficilia vt magnificentia et mansuetudo et iusticia. ¶ Itē
etiam quelibet virtus saltem secundū gradū perseue
rantie et heroicum est circa ardua. Respondeo q̄ ma
gnificētia bene est circa magnos quia circa magnos
sumptus: sed non est circa ardua cum tales sumptus
non sint pleni laboris et periculorū. alie etiam virtu
tes licet sint circa difficilia non tamē sūt circa ardua
secundū se et tanq̄ circa obiectum cōmune q̄ si essent
circa ardua tanq̄ circa obiectum cōmune tunc quilī-
bet actus earum esset circa aliquod arduū quod pa-
tet esse falsum. alie etiā virtutes secundū gradus di-
ctos habent esse circa arduum ex circunstātiis. vt opus
iusticie quod fit non obstante cōminatione mortis est
arduū non secundū substantiā illius operis sed ex cir R
cunstātia cōminationis. Aliter respondeo q̄ aliqua
virtus dicitur esse circa aliqua plura dupliciter: vno
modo ex equo et secundū eandē rationē et sic concedo
q̄ oportet talem vtrinq̄ esse circa aliquid cōmune ad
ea ad bonū itellectū scilicet eo modo quo virtutes di
cuntur esse circa cōmune. Alio modo aliqua virtus di-
citur esse circa aliqua inequaliter: aut quia prius ē cir-
ca vnum q̄ circa aliud. aut quia est circa vnū tanq̄ cir Aliq̄ virtus pōt esse circa aliq̄ eq̄r et ineq̄r.
ca materiam: et circa aliam tanq̄ circa actū aut tanq̄
primū, aut tanq̄ circa istrumentū illius actus et tunc
non oportet virtutem illam esse circa aliquid cōmune
ad hec oia. quomodo autē magnanimitas sit diuers

simode circa diuersa dictum est prius in conclusionibus. ¶ Ad secundam concedo maiorẽ sed dico q̃ multa sunt circa que est illa virtus que nec passiones sũt nec operationes vt puta materia illarũ passionũ & operationum vt patet de liberalitate et magnificentia que sunt circa pecunias. que licet non sint passiones aut operationes sunt tamẽ operationũ vel passionũ materia. et ad minorem dico primo q̃ licet negocia magna et ardua non sint operationes vel passiones: administrationes eorũ tamẽ sunt operatiões. et circa huiusmodi administrationẽ cadunt multe et varie passiones et operatiões & etiam circa honores circa quas passiones et operatiões versatur magnanimitas. vt desperatio. spes. amor. et odiũ. delectatio. et tristicia: nonnulli enim sunt qui huiusmodi arduas administrationes amant et sperant et in eis delectant. Alii vero sunt qui desperant se posse gerere oditit eas & in eis tristãtur. quarũ omniũ passionũ magnanimitas est moderatiua et directiua operationũ circa eadem negotia. ¶ Ad tertiam concedo añs et nego cõsequẽtiam quia licet ardua negotia agantur per act⁹ aliarum virtutum: nulla tamẽ earum inclinat ad subeundum huiusmodi administratiões vt ubi & quãdo et gratia cuius oportet. aut ad fugiendũ & recusandum vbi quando et gratia cuius oportet et ideo necessaria est magnanimitas circa huiusmodi admĩstrationes sed de hoc diffusius postea dicet. ¶ Contra tertiam conclusionẽ arguitur primo. Magnanimitas est ĩ vi irascibili: sed honor nõ ptinet ad vim irascibilem sed ad vim concupiscibilẽ cum honor sit cõcupiscibile quoddam. ¶ Secũdo magnanimitas magna videt ptinere ad persecutionẽ q̃ ad figuram: cum ille dicat magnanimus qui ad magna tendit; sed illi magis laudantur qui fugiunt honorẽ q̃ qui psequũtur igitur. ¶ Tertio magnũ et paruum nõ variant speciem virtutis: sed magnanimitas nõ est circa paruos honores. ergo neq̃ circa magnos ¶ Quarto sicut magnanimitas est circa honores ita & mãsuetudo circa iras sed non est de ratione mansuetudinis q̃ sit circa magnas iras ergo nec de ratione magnanimitatis ẽ q̃ sit circa magnos honores. ¶ Quinto paruus honor minus distat a magno honore q̃ inhonoratio: sz magnanimitas est circa inhonorationes: ergo etiam est circa paruos honores. ¶ Ad primã respondeo q̃ si p vim irascibilem intelligatur aliqua vis anime sensitiua et non rationalis sic nego maiorẽ: et dico q̃ omnes virtutes morales sunt in voluntate. Si aute intelligatur vis aliqua appetitiua que tendit in arduum concedo eam. Et ad minorem dico q̃ concupiscibilia ardua pertinent ad vim irascibilẽ: ideo nõ sequit hoc est concupiscibile ergo non pertinet ad vim irascibilẽ ¶ Ad secundam concedo primã partẽ antecedẽtis q̃ nis tamen sit circa vnum siq̃ magnanimitas. Et ad secũdam dico q̃ cõtingit fugere honorem dupliciter. vno mõdo antecedẽter quia scilicet fugimus arduas & difficiles administrationes et tunc dico q̃ hoc interdũ est laudabile. cum scilicet diffidimus eas posse bene agere. aut cum sint alii multi qui eas bene et laudabilit gerere possint et nos vacare volum⁹ aliis que vel quietiorem vitam nostram reddunt et nos contẽplationi celestium melius accomodant: interdũ vero illud est viciosum. sicut cum speramus nos bene posse gerere huiusmodi administrationẽ et eam non fugimus causa alicuius maioris boni. Secundo modo fugit honor in seipso sez signum illud opinionis benefactiue. et hoc bene fieri potest et male. nam sit. per fugam illam diminueretur estimatio et diminutio estimationis esset in detrimentũ eorum que gerenda sunt p ipsum ita q̃ non tanta fides vel auctoritas dictis aut factis eius tribueretur: tunc fuga illa honoris non videretur cõformis recte rationi si vero non esset detrimentum nec sui nec aliorũ sed ita esset diuinis operationibus affectus vt externa oĩa cõtẽpneret tunc posset bene fieri. Certio modo fugitur honor in cõsequẽter effectu suo sez in bona opinione et estimatione laudabili que generatur in hoĩbus p hoc q̃ iste honor sibi tributus est. nã honor est signũ opiniõis bñfactiue in his qui honorẽ tribuũt. & est causa saltẽ mediata estimatiõis bone. in his qui cognoscũt hũc honorem esse sibi a viris probis et sapiẽtibus tributum et hoc modo fugere honorẽ nõ est virtuosum sed vicio sum scdm illud curam habe de bono noĩe. scdm illud etiam qui famã negligit crudelis est. Quarto modo fugitur honor quo ad dignitatẽ quãdo sez quis non vult se facere dignũ magnis honorib⁹ et hoc ẽ vicio sum maxime in eo qui potest hoc facere et iste modus nõ multũ differt a primo et hoc est quod maxime intendit magnanimus sed de hoc honoris contemptu agetur postea. ¶ Ad tertiam respõdet beatus Thomas q̃ in virtutibus que sunt circa passiones que habent principaliter inquantũ passiones magnã vim resistendi repugnãdi rationi nõ repiunt virtutes differentes sm magnũ & pũ q̃ virtutes tales nõ ponunt nisi circa aliq̃d qd est magnũ eo qd appetitus sensitiua in quo sunt naturaliter subditur rationi. sicut fortitudo est circa maximos timores & audacias. Temperãtia est circa maximas delectationũ ↄcupiscẽtias Et mansuetudo circa maximas iras. In virtutib⁹ vero que sunt circa passiones que magnam vim habent repugnandi rationi ex ipsis rebus que sunt obiecta passionum sicut sunt amor vel cupiditas pecunie seu honoris oportet differẽtiam esse inter magnũ & paruum ita q̃ sit vna virtus circa parua & alia circa magna vt circa pecunias liberalitas & magnificẽtia circa honores modestia & magnanimitas. Ista opinio videtur mihi deficere in aliquibus primo in hoc qd dicit q̃ quedam passiones inquãtum passiones nate sunt facere magnam resistentiam rationi. Alie vero passiones nate sunt facere magnam repugnãtiam rationi ratione ipsorum obiectorum: quia si hoc valeat constat q̃ vnum membrum intelligitur cum precisiõe alterius quia si vnum includeretur in alio: nulla esset differentia inter membra. ¶ Tunc arguo sic quãtum cumq̃ repugnantiam rationi nata est facere cupiditas pecunie ex parte obiecti tãtam nata est facere timor ex parte obiecti scilicet ex parte periculorũ mortis ĩ bello igitur distinctio Thome nulla: et antecedẽs probatur quia q̃ticũq̃ pecunia siue parua siue magna est amabilis. tantum terribile siue paruum siue magnum est fugibile imo multo plus. Ita etiã arguetur de ira q: sicut pecunia siue parua siue magna est desiderabilis: ita et parui pensio q̃ est obiectũ ire siue parua siue magna est fugibilis. & vindicta que est obiectum ire siue parua siue magna ẽ multum desiderabilis. Secũdo omẽs passiões ĩ hoc cõueniũt q̃ possunt ĩ appetitu resistere rationi siue obiecta sint siue non sint & nõ posse ĩ appetitu (siue obiecta sint siue non) nõ resistit. Obiecta etiã omnia ĩ hoc cõueniũt q̃ nullo modo resistũt rationi nisi apprehẽsio eorum passionem causauerit ĩ appetitu & oĩa etiã resistũt quorum cognitio passionẽ causauit ĩ appetitu. ergo si alique passiones resistãt vt passiones. & oẽs. & si alique resistãt ratiõe obiectorum circa que sunt et omnes etiam eodem modo resistunt. ¶ Tertio timor inquantum timor non plus resistit rationi quã cupiditas inq̃tum cupiditas. & tristicia ex parui pensione inq̃tum tristicia non plus resistit rationi q̃ tristicia difficultatis rerũ difficilium gerendarum. Quarto nulla obiecta resistunt

Primum et sm argumenta sunt thõe vbi s̃ articulo .1. et q̃rtum ibidẽ articulo .2.

Ois moralis ĩ voluntate subiectiue

S

Fuga honoris multipliciter fit.

Opinio thome.

Contra thomem vbi supra

Scđm in quo defi-cit.

rationi nisi ratione passionum ab eis causatarum
et omia que causāt huiusmodi passionē resistūt ratio
ni. igitur nulla ē differētia. Secūdo deficit ī hoc ꝙ di
cit ꝙ circa passiones primi generis nō est aliqua vir
tus nisi circa id quod est magnum. Quod probatur
sic circa paruas cōcupiscētias paruas iras ꝛ paruos
timores potest aliquis deficere ꝛ super abūdare ꝛ me
diocriter se habere ergo circa hec omia est aliqua vir
tus ꝛ per ꝯñs circa paruas cōcupiscētias est ita bene
temperantia sicut circa magnas ꝛ circa paruas iras
mansuetudo circa paruum timorem diuerse vtrinꝫ
añs probatur parue ire possūt mouere ad vindictā
cōtra iudicium rationis. ꝛ parue cōcupiscētie possūt
mouere ad desideriū rei cōcupite cōtra iudiciū ratio
nis, vt si quis per paruam cōcupiscētiam cibi moues
tur comedere cum ecclesia iubet abstinere. aut propter
paruam cōcupiscētiam moueatur fornicari adultera
ri aut aliquid hmōi vnde videtur ꝙ cōcupiscentia que
eua et adam moti sūt ad edēdum de fructu prohibito
fuerit multum parua. Tertio sequeretur ꝙ peccata cō
missa per iram ꝛ intemperātiā a toto genere essēt mul
to excusabiliora ꝙ̄ facta per appetitū pecuniarū vel
honorum. Et patet ꝯsequētia qꝛ nō cōmittuntur talia
peccata nisi propter vehementē temptationem. qꝛ nō
nisi propter vehemētem cōcupiscētiam. Sed cōstat ꝙ
quāto tēptatio ꝛ insult⁹ ē maior tāto magis excusat
qui vincitur igitur. Quarto sit vna cōcupiscētia circa
adulteriū satis intensa. Arguitur cōsens⁹ in hanc totā
cōcupiscētiā ꝛ in medietatem eius ꝛ i medietatem illi⁹
medietatis est volitio adulterii. cum omnes he par-
tes sint eiusdem rationis sed har medietatum multe
sunt parue cōcupiscētie igit. Quinto circa paruas cō
cupiscentias aut est tm̄ vicium aut tm̄ virtus aut in
terdum virtus et interdum vicium aut nec virtus nec
vicium. Non vltimum quia cōtingit circa tales par-
uas concupiscentias esse actum voluntatis siue volē
do siue nolēdo. Si tercium habetur intētum. Si secū
dum aut est virtus volēdo aut nolendo. Si volēdo er
go nolēdo erit vicium. Si nolēdo ergo volēdo erit vi
tium. Si primum eodem modo arguitur quia si cir-
ca eas sit vitium volēdo nolēdo erit virtus; ꝛ si sit vi
tium nolēdo volēdo erit virtus. Sexto vbi totū genus
aliquod est prohibitum ibi tam magnum ꝙ̄ paruum
cadunt sub prohibitione; sed totum genus adulterii
est prohibitum ergo tam magnū ꝙ̄ paruū cadit sub
prohibitione. Septimo tales passiones siue causētur
a magnis siue a paruis rebus nate sunt resistere rati
oni. ergo circa obiecta talium passionū (siue sint ma-
gna siue parua) est aliqua virtus. Et antecedēs pro-
batur quia tales passiones secūdū ꝙ passiones repu
gnant rationi: sed a quibuscūqꝫ causent. siue a magnis
siue a paruis semper sunt passiones. ergo semper na
te sunt resistere rōni. ¶ Non videtur itaqꝫ mihi ꝙ bea

resolutio ancloris. C.

tus Thomas assignet rationabilem causam propter
quam circa vnā materiā sūt due virtutes. ꝛ circa aliā
non sit nisi vna. Et ideo aliter respondeo ad rationē.
Cum dicitur magnum ꝛ paruum nō variāt speciē vir
tutis. distinguo aut si intelligatur de magno ꝛ paruo
in eadem specie ꝛ sic concedo vel de magno ꝛ paruo ī di
uersis speciebus ꝛ sic negatur. Dico aūt ꝙ magne ad
ministrationes ꝛ parue differūt specie, vt esse dignū
magnis honoribus ꝛ esse dignum paruis honoribus
differūt specie. Similiter parui honores ꝛ magni vt
alimenta publica a gentilitonibus, ꝛ prima sedes
ab inclinatiōe captiis. Et licet pecunia magna ꝛ par
ua nō differāt specie sicut ꝛ aliquis honor magnus et
aliquis paruus vt prima sedes ꝛ secunda vel tercia.
Dico tamen ꝙ magnificus sumpt⁹ magne pecunie dif
fert specie a sūptu nō magnifico parue pecunie ꝛ ma-

xime volitiones horum sumptuum ꝛ dictamina direc
tiua. Nō enī omnis sūptus magne pecunie ē magni
ficentia aut viciū magnificētie oppositū sed aliquādo
est ꝓdigalitas. magnificus tamē sumptus habet cir-
cumstantias multas que sunt obiecta volitionum ꝛ no
litionum elicitarum a virtute magnificentie et etiam
dictaminū directiuoꝝ horum actuum ratiōe quoꝝ
obiectorum differūt specie a sumptibus qui pertinēt
ad liberalitatem. ¶ Nam isti magnifici sumptus fiūt
ꝓpter causas raro emergentes sumptus liberalita
tis ꝓpter causas frequenter emergētes. Dico igitur
ꝙ obiecta virtutum sunt duplicia, quedam sunt que
sub se continent multa specie differentia circa quoꝝ
aliqua vt plurimū hoīes facultatem habent bene se
habendi tam volendo ꝙ̄ nolendo: circa alia vero pau
ci homines etiam bene instituti facultatē habent be-
ne se habendi tam volendo ꝙ̄ nolendo ita ꝙ talia ex-
cedunt cōmunē facultatem hoīm. Verbi gratia hoc
cōmune administratio cōtinet sub se aliquas admini
strationes circa quas vt plurimū homines recte pos-
sunt se habere et huiusmodi administrationes dicun
tur parue: continet etiam administratiōes specie dif
ferentes circa quas pauci hoīes possunt recte se ha-
bere ita ꝙ gestio earum excedit cōmunē facultatē ho
minum. Ita etiā hoc cōmune honor cōtinet sub se ali-
quos honores quibus vt plurimū hoīes se dignifica
re possunt et continet etiam alios qui excedunt cōmu
nem hoꝝ facultatē. Ita etiam de sumptibus magnis
et paruis, sumptus parui dicunt quoꝝ recte facien-
dorum facultas vt plurimū hoībus conuenit magni
vero quorum recte faciendoꝝ facultas excedit cōmu
nem hoīm facultatē. Philosophi ergo inquirentes
de moribus hominū talia obiecta in magnū et par-
uum distinxerunt, et circa paruū posuerunt vnam vir
tutem, circa magnū aliam. alia vero sunt obiecta in
quibus non reperitur hec distinctio vt in ira vel dele-
ctabili et tristabili ꝑtinente ad temperantiam. Nul-
la enim est ira qua vt plurimū homines bene instituti
ti habeant facultatē recte se habendi circa eam. Nul
la etiam est delectatio gustus aut tactus circa quam
homines non bene possunt se habere tam volendo ꝙ̄
nolendo que excedant cōmunē facultatem hominum
ꝙ si alique tristicie sint tales puta tristicia grauissi-
morum suppliciorū aut mortis. Tunc dico ꝙ nō sūt
per se volibiles. sed si sint volibiles. hoc est ne deseras-
tur aliquis actus virtutis quē tenemur facere. Et tūc
dico ꝙ non constituunt virtutem sub cōmuni tempe-
rantia, sed constituunt nouam speciem virtutis puta
secundū gradum heroicum sub virtute ad quam per-
tinet ille actus, quem ne deseramus subim⁹ illas tri-
sticias cōmunē facultatem hoīm excedentes. vt subire
grauissimos dolores ne deseram⁹ iusticiā, est species
iusticie heroice qꝛ cū tales tristicie sic communē facul
tatem excedētes sunt paucissime et non sunt per se vo
libiles: sed tantū ratione alterius ideo circa eas nō
ponitur specialis virtus alia a temperātia imo tem
perantia magis inclinat ad fugā earum, magni aūt
sumptus, magne administratiōes, magni honores
sunt ꝑ se volibiles. ideo faciunt virtutē specialem. Di
co vlterius ꝙ tales virtutes puta magnanimitas et
modestia et similiter magnificētia et liberalitas sūt
vna aliquā vnitate generis subalterni qua non sunt
vna liberalitas ꝛ iusticia aut magnificētia et tēpe-
rantia. Patet qꝛ obiecta magnanimitatis et mode
stie in aliquo cōmuni obiecto cōueniunt in quo nō cō-
ueniunt obiecta magnanimitatis et temperantie. Ex
his patet falsitas opiniōis Buridani dicētis ꝙ ma
gnū et paruū būi ꝯstituūt diuersos modos sub ea-
dem specie virtutis: sed nō constituunt diuersas speci

Duplex obiectū virtutis.

Buridanus. q̄rta ethicorū q̄stiōe. 7

es et ꝙ magnanimitas et modestia non differūt specie sed tm̄ per diuersos modos, et ꝙ magnificentia non est aliud ꝙ̄ liberalitas contracta ad magnū sumptum. et magnanimitas est modestia cōtracta ad magnos honores. Nam isti modi quibus vna differt ab alia aut sūt differentie essentiales aut accidentales. Si essentiales, ergo vna ab altera specie differt. Si accidentales aut significant accidētia intrinseca

Cōtra burīdā.

ipsi virtuti aut extrinseca: non intrinseca quia forma simplex accidentalis non potest esse subiectum accidētis. Nō enī videtur ꝙ albedo aut dulcedo aut sciētia sit cuiuscūqȝ accidentis subiectum: tūc etiā quia illa accidentia aut essent eiusdem speciei aut diuersarum. Si eiusdem speciei ergo ꝗ̄cūqȝ cōtractionē facit vnū illorum et aliud. Si diuersarum specierum: tūc qua rōne obiecta illa potuerūt causare diuersitatē specificā. In accidētibus habituū etiā potuerūt diuersitatē specificā causare in ipsis habitibus. Tūc etiā qȝ illa accidentia sunt aut actus, aut potencie, aut passiones, aut habitus. non passiones nec actus: qȝ sūt pmanētia, nec potēcie qȝ nō insūt a natura. ergo sūt habitus et nō mali: ergo boni, et non intellectuales. ergo morales sed omnis bonus habitus moralis est virtus. ergo omnia talia accidentia sunt virtutes et differunt specie, ergo sunt virtutes differentes spē. Preterea faciunt inclinationem ad aliquos actus. nā scdm̄ eū ꝑ illū modū fit ꝙ liberalitas inclinet ad magnos sūpt⁹. Si autē dicatur ꝙ sūt accidentia extrinseca. queritur vbi sūt et a qb⁹ causantur et qd̄ dicatur. arguitur sic sint due liberalitates in duobus subiectis et in vno sit contracta per tale accidens extrinsecum et in alio non. Ergo sic liberalitas prima non inclinat ad magnos sumptus, ergo nec secunda consequentia tenet quia iste liberalitates sunt eiusdem speciei et nichil est intrinsecum vni quin illud aut simile secundum speciem sit intrinsecum alteri ergo qualitercumqȝ vna inclinat et alia.

Nota.

Secundo impossibile est esse transitum de contradictorio in contradictorium sine aliqua mutatione in aliquo pertinente ad extrema illius contradictionis, et maxime cum ad talem contradictionem verificandam non sufficit transitus temporis: sed ante huiusmodi contractionem habitus liberalitatis non inclinabat ad magnos sumptus, et post contractionem inclinat et ad verificandum successiue hanc contradictionem nō sufficit transitus temporis. ergo oportet ꝙ sit aliqua mutatio: sed non est mutatio in habitu inclinante cum nichil habeat quod non prius habuerit, aut deperdiderit quod prius habuit: neqȝ est mutatio in eo ad quod inclinat vt similiter probaretur. ergo nulla est mutatio. ergo nec transitus huius liberalitatis de contradictorio in contradictorium. ¶ Item queritur quomodo fit talis contractio et per quid, quia vel fit per nouos actus vel sine quibuscumqȝ nouis actibus. Si ꝑ nouos actus: aut sunt omnino similes prioribus aut non: si sunt omnino similes: ergo sequitur ꝙ habitus non plus contrahitur per istos ꝙ̄ ꝑ ꝑcedētes. Si non sint omnino similes tunc querit vtrū differāt essentialiter et specifice et tūc habitus ide genit⁹ erit spē diuersus. vel accidētaliter et tūc queritur vtrū ꝑ aliquid intrīsecū aut ꝑ aliqd̄ extrinsecū. et arguitur omnino vt prius. ¶ Itē queritur a quo causatur ista differentia siue essentialis siue accidentalis in actibus. Preterea cum liberalitate stat vitium oppositum magnificentie. cum magnificentia non stat vitium oppositū magnificentie. ergo liberalitas et magnificentia differunt secundum speciem. cōsequentia tenet quia quādocūqȝ aliqua sunt eiusdem speciei, quicqd̄ repugnat vni illud repugnat alteri. Hec eadem argumēta possunt formari de magnanimitate et modestia.

¶ Ad quartā nego maiorē, qȝ mansuetudo sic est circa iras ꝙ est circa oēs, qȝ nulla excedit cōmunē facultatem hoīm: sed magnanimitas nō est circa oēs honores: sed circa eos qui cōmunē facultatē hoīm excedūt. magnanimitas virt⁹ heroica. ¶ Ad quintū cōcedo añs et nego ꝯñam qȝ interdū ea que magis distant cadunt sub eadem scientia, et sub eadē virtute sicut materia et forma magis distant ꝙ̄ materia phisica et materia trāscendēs: et tamē scdm̄ ponētes tales materias, materia phisica et trāscēdēs nō ptinēt ad eādē sciētiā, et materia et forma ad eādē scientiā ꝑtinēt. silr̄ pecunia que est instrumentum subueniendi indigenti, et pecunia secundū ꝙ est instrumētum mutui magis cōueniunt ꝙ̄ pecunia secundū ꝙ est instrumentū subueniendi indigenti, et pecunia secundum ꝙ est materia superflue consumptionis: et tamē duo postrema ad eandem virtutē pertinēt, et nō duo prima.

Duplex materia.

¶ Contra quartam conclusionē arguitur sic honor nō est ꝑmiū virtutis. ergo magnanimitas non est circa honorē tanꝙ̄ circa premiū. añs ꝓbatur quia vel esset premiū condignū et sufficiens: vel non. Non potest dici primum vt patet per Ari. dicentem ꝙ virtuti perfecte non fiet dignus honor. Tum secundo qȝ tūc aliquis virtuosus fieret nō ꝟtuosus ipso tm̄ operante virtuose et ꝓbatur ꝯñs ponatur ꝙ aliquis honor esset condignus sorti et sortes pōt dignificare se illo et ꝙ sortes de facto non se dignificet illo. tunc arguitur sic sortes nō dignificando se honoribus magnis quibus est dignus est non virtuosus et insipiens ergo sortes non dignificando se illo nō est dign⁹ illo et vltra ergo nō dignificādo se illo virtuose agit, ergo sortes ꝑcise operādo virtuose de ꝟtuoso fit nō ꝟtuosus. Nec pōt dici ꝙ sit nō sufficiēs ꝑmiū qd̄ ꝓbatur sic iste honor est dign⁹ iste honor est ꝑmiū ergo illud ꝑmiū est dignū. ¶ Scdō nō est possibile ꝙ magnanim⁹ dignificet se honorib⁹ sibi dignis. igitur honor nō ē ꝑmiū magnanimi. añs ꝓbatur qȝ ponatur ꝙ magnanim⁹ dign⁹ sit aliquib⁹ certis honorib⁹ tūc sic dignificādo se illis operatur ex habitu circa materiā magnanimitatis. ergo magnanimitas ei⁹ maior fit ꝙ̄ sortes dign⁹ est maiorib⁹ honorib⁹ hiis quib⁹ se dignificat. ergo nō dignificat se honorib⁹ sibi dignis.

hec argumenta sūt et in parte sophistica.

¶ Confirmatur primo qȝ sequeretur ꝙ quilibet magnanim⁹ in nō dignificādo se scienter honoribus sibi dignis peccaret, et remitteret magnanimitatē suā, qȝ quilibet talis sciēter recederet a medio: sed ꝯñs est falsū, et ꝓbatur ꝯñs qȝ si dignificet se maiorib⁹ honorib⁹ ꝙ̄ sit dign⁹ fit cain⁹. Si eq̄lib⁹ scȝ illis quib⁹ est dign⁹, tūc intēdit magnanimitatem suā in eodē gradu. Nō enī videtur aliter quomō pōt cōseruare magnanimitatē suā in equali gradu. ¶ Tertio si magnanimitas esset circa honorē tanꝙ̄ circa ꝑmiū sequeretur ꝙ aliquis posset recipere in duplo vel in triplo plus de honore ꝙ̄ sit dign⁹: sed ꝯñs est falsū, et ꝓbatur ꝯñs qȝ ponatur ꝙ aliquis meruit aliquē honorem sibi inferri ab aliquo. Tūc arguitur sic iste meruit hūc honorem sibi īferri ab aliquo, et nō plus ab vno ꝙ̄ ab oīb⁹ ergo qua ratiōe sibi meruit inferri ab vno meruit ab oībus. ergo poterit recipere plus in duplo et ī triplo de honore ꝙ̄ meruit ꝙ si de facto essent infiniti hoīes qui oēs essent eq̄lis ꝯditiōis respectu illi⁹: sequeretur ꝙ iste meruisset īfinitos honores qui equaleret vni honori infinito. ¶ Cōfirmatur honorat⁹ eq̄liter a duobus recipit plus de honore ꝙ̄ honorat⁹ ab vno: et honoratus a trib⁹ ꝙ̄ honorat⁹ a duob⁹ et sic ꝯñter: ergo honoratus ab īfinitis recipit honorē īfinitū. ¶ Quarto si honor esset ꝑmiū magnanimitatis: aut ergo esset premiū sol⁹ magnanimitatis: aut etiā liberalitatis et magnificētie: nō scdm̄: qȝ liberalitas nō versatur īmediate circa honores, nec iusticia nec magnificētia. Nec primū qȝ idē nō est materia aliqu⁹ operatiōis et primū:

sed honor est materia magnanimitatis, ergo non premium. Consequentia tenet quia oportet materiam operationis et premium esse diversarum specierum. Quia si magnanimus haberet operationem circa honorem qui est premium: tunc ratione illius deberet sibi alius honor pro premio et illum videret illo tanquam materia, et sic deberet sibi alius pro premio et sic esset processus in infinitum. Tertio secundo quia magnanimitas secundum Aristotelem in quarto est ornatus omnium aliarum virtutum, et non fit sine illis: ergo magnanimitati sine aliis virtutibus non debetur honor tanquam premium. Et cum alie virtutes possunt fieri sine magnanimitate sequitur quod aliis virtutibus sine magnanimitate potest reddi honor pro premio. Quarto quia magnanimus non est talis nisi per alias virtutes ergo non debetur sibi honor pro premio nisi propter alias virtutes.

honor non est sufficiens virtutis premium.

¶ Ad primam istarum dicitur quod honor non est sufficiens premium magnanimitatis ut dicit Aristoteles in quarto ethicorum: sed magnanimus recipit ipsum ab aliis pro premio, quia illi non habent aliquid maius quod sibi tribuant. Et hoc idem probant aliqui ex hoc quod habetur Aristoteles in quinto quod merces exhibenda est hec scilicet honor et gloria, quibus non sufficiunt hec isti fiunt tyranni. Ratio tamen posita arguendo non sufficit. Negatur enim consequentia et ad probationem cum dicitur ponatur aliquis honor quo est dignus virtute fortis, si fortis dignificaret se illo. Dico ad hoc quod forte esse dignum aliquo honore non dependet ex hoc quod fortis se dignificat illo: sed fortis rationabiliter se dignificat aliquo honore si sit dignus illo. Et cum dicitur ponatur quod non se dignificet illo: admitto. Et cum ulterius arguitur fortis non dignificans se etc. Dico quod si honor accipiatur pro administratione honorabili et non dignificare accipiatur mere negative: tunc illa est falsa. Quomodo enim aut cum non offertur sibi aliqua administratio honorabilis, non dignificando se non peccat. Si autem accipiatur contrarie, tunc

dupliciter quis se non dignificat honoribus

hoc est dupliciter: uno modo ut non dignificare sit idem quod indignum se estimare: et tunc non dignificando se est insipiens et maxime si sciat se dignum vel faciliter scire possit, et hoc modo concedo quod remittit magnanimitatem suam, et habet actum pusillanimitatis: sed in hoc non operatur virtuose. Si autem non dignificare se contrarie sit idem quod recusare: tunc assignate sunt cause propter quas potest rationabiliter recusare et tunc si recuset propter causam rationabilem: non remittit suam magnanimitatem. Si autem sine causa rationabili tunc eam remittit et vitiose agit. Posset fieri eadem distinctio de honore accepto pro signo beneficentie opinionis: sed quia hoc longum esset, dico quod si se non dignificet cum tenetur se dignificare: peccat et diminuit magnanimitatem suam: si autem non se dignificet cum non tenetur se dignificare: nec peccat nec magnanimitatem suam remittit. Et si dicas ad probationem premisse ponatur casus quod forti parum desit ad hoc quod sit dignus aliquo honore et quod dignificando se illo augebit magnanimitatem suam et tunc erit eo dignus. Dico quod si parum desit non est eo dignus et dignificando se diminuit et non auget magnanimitatem suam.

Logica sunt hec

¶ Ad rationes autem que probant quod honor sit sufficiens premium dico quod non concludunt et ad sillogismum expositorium dico quod non est bonus quia in maiore dignum dicit dignitatem adiacere huic rei secundum quod honor, et in conclusione dicit dignitatem adiacere eidem rei secundum quod premium. Licet enim iste honor sit maior honor qui sibi debeatur: non tamen est maius premium quod sibi debetur, et in illis non valet consequentia: non enim sequitur iste honor est maximus, iste honor est premium, ergo hoc premium est maximum. Et causa est iste consequentie includit consequentiam ab inferiori ad superius cum distributione superioris, puta ista hoc honore non est maior honor ergo hoc honore non est maius premium. ¶ Ad secundam probationem nego consequentiam, et ad probationem admitto assumptum sive accipiatur honor pro administratione honorabili: sive accipiatur pro signo beneficentie opinionis. Et cum ultra dicitur, dignificando se illis honoribus operatur ex habitu: si operari dicat operationem exteriorem: consequentia non valet quia potest se dignificare per actum interiorem tantum. Et tunc dico quod quantumcunque augeat magnanimitatem suam per actus interiores non propter hoc est dignus maioribus honoribus

quia honor non respondet nisi operationi beneficentie quia scilicet de facto quia impendit vel saltem pro viribus impendere conatur beneficentiam, immo aliquando non sufficit conari: sicut triumphus non debet cuilibet volenti vincere hostes, neque etiam cuilibet conanti vincere: sed ei qui de facto debellavit et subiugavit. Et similiter posset dici de imaginibus, premodiis et sedis orationibus laudatis que ex instituto publico fiebant in laudem alicuius. Dico ergo quod si operetur operatione exteriori secundum magnanimitatem suam puta gerendo aliquam administrationem gravem et difficilem: tunc hac gesta ipse erit dignus novo honore et poterit se illo dignificare. ¶ Ad confirmationem dico quod aliquando non dignificare se honoribus dignis importat oppositum fiducie scilicet diffidentiam, capiendo scilicet fiduciam ut est actus opinionis vel estimationis. Aliquando vero importat actum voluntatis puta nolitionem vel forte negationem actus puta non velle. Aliomodo vero importat negationem executionis. Tunc dico si accipiatur primo modo, consequens illud implicat quia significat quod non estimat se dignum honoribus quibus sit se dignum. Si secundo modo tunc dico quod si habeat aliquam causam non dignificandi se, aut quia alius est qui melius potest hanc administrationem gerere, aut quia hec administratio impediret eum a maioribus et magis necessariis administrationibus: tunc dico quod non peccat. Et ad probationem dico quod non recedit a medio quia recta ratio non dictat sibi huiusmodi honores esse sibi subeundos. Et cum additur si dignificet se etc. Dico quod potest conservare magnanimitatem suam in eodem gradu non agendo secundum eam pro tempore pro quo recta ratio dictat non esse agendum nec agendo etiam contra inclinationem quia si agat intendet vel minuet. ¶ Ad tertium nego consequentiam et ad probationem dico quod dignitas magnanimi non nascitur ex operationibus privatis sed publicis per quas fit beneficentia non uni tantum sed multis. Ideo dico quod per unam magnam beneficentiam meretur magnanimus sibi honorem debitum inferri ab omnibus qui sunt illius beneficentie participes non tantum a presentibus sed etiam a futuris, et inde instituebantur imagines et alia perpetua signa beneficentie opinionis. Et dico quod si essent infiniti participes: ab infinitis deberetur sibi honor, et honestis recordatio quia sicut honor exhibetur sibi ab infinitis nam etiam beneficentia sua extensa est ad infinitos. Dico ultra quod ab aliis qui non sunt participes illius beneficentie potest sibi exhiberi honor non quia ad id tenentur: sed quia honestum est eos viros beneficos honorare nec in hoc dignificabit se maioribus honoribus quam dignus sit quis huiusmodi honores recipit ab aliquibus tanquam debitos: ab aliis tanquam ex sola honestate liberaliter oblatos. Tum etiam quia cum Aristoteles dicit aliquem dignificare se honoribus maioribus quam dignus sit, non intelligit de maioritate secundum gradum in eadem specie, sed de maioritate secundum speciem. Neque est imaginandum quod aliquis per opera virtutum mereatur certum numerum generum infectionum et si recipiat plures sit cupidus sed intelligendum est ad sensum supradictum. ¶ Ad secundam concedo antecedens et nego consequentiam sed bene recipit infinitam multitudinem honorum eiusdem speciei qui nullum unum honorem faciunt et dato quod constituerent aliquem honorem infinitum secundum multitudinem partium eiusdem rationis non tamen recipit aliquem honorem infinitum secundum perfectionem specificam et primum quidem est possibile casu aliquo per potentiam divinam possibili posito puta ponatur infinitos recipientium beneficentiam vel honorem deferentium sed secundum non est possibile per consimilem positionem non dico tamen simpliciter esse impossibile quia de hoc alias. ¶ Ad quartam dico quod

Magnanimus ob actus interiores non est dignus honoribus.

a

Unde nascitur dignitas magnanimi.

Nota.

honor magnus est premium operum elicitorum a magnanimitate vel ab ea imperatorum. Et ad probationem dico q licet idem non sit materia et premium eiusdem operationis. Idem tamen est materia et premium eiusdem virtutis secundum diversas eius operationes. honor est premium magnanimitatis secundum operationes quibus magna geruntur et est materia magnanimitatis secundum operationes quibus cupiditas honoris moderatur. Et hoc modo intelligendum est q oportet materiam et premium esse diversarum specierum: et cum dicitur: si magnanimus haberet operationē circa honorem etc. nego assumptum illa enim operatio non est benefactiva ideo ratione illius non debetur sibi honor pro premio. ¶ Ad secundam probationē conceditur antecedens et distinguitur consequens quia vel est sensus q magnanimitati existenti sine aliis virtutibus non debetur honor et sic concedo quia nulla de facto est magnanimitas sine aliis virtutibus vel est sensus q magnanimitati nō debetur honor nisi debeatur aliis virtutibus: et sic distinguo vel nisi debeatur eos per se et ex se et sic ego nego. vel sm q operationes earū sunt imperate a magnanimitate: et sic concedo semper intelligendo de magno honore. ¶ Ad tertiam probationem concedo antecedens et distinguo consequens vel q non debeatur sibi honor nisi propter alias virtutes id est nisi quia debetur premio aliis virtutibus: et sic nego. vel quod nō debetur sibi honor nisi ad imperiū eius alie virtutes operētur et sic concedo. imperat tamen aliquando nō virtutibus ipsis sed voluntati ut velit et mediante voluntate et viribus executivis operationem aliarū virtutum excedentem inclinationē et gradum taliū virtutum erit. ¶ Contra quintam conclusionem arguitur sic: quod in unaquaq virtute magnū est ad quālibet aliam virtutē pertinet: ergo non ad magnanimitatem. Antecedens probatur quia actus magnus iusticie pertinet ad iusticiam: et actus magnus liberalitatis ad liberalitatem. ergo non est magnanimitatem. ¶ Secundo actus magni iusticie sunt generativi iusticie et non magnanimitatis, et actus magni magnificentie sunt generativi magnificentie et non magnanimitatis: ergo nō pertinet ad magnanimitatem quod est in unaquaq virtute magnum. ¶ Tertio si sic loqueretur q magnanimitas nō esset virtus a ceteris distincta. sed ṗns est falsum igitur. et patet cōsequentia quia ad eam pertinent omniū aliarū virtutū opera magna. ¶ Ad rōnes istas respondetur. Ad primā nego ṗñaz qz idem pōt pertinere ad diversas virtutes: ad unā casualiter, et ad aliā regulariter. Dico enim q opus magnū iusticie regulariter pertinet ad iusticiam casualiter tamen sive in casu pertinet ad magnanimitatem saltem imperative et inclinative. et hoc vel immediate vel mediāte actu suo elicito. ¶ Pro quo est advertēdū q si sit aliquis magnanimus qui gerat aliquā administrationē gravem et non possit eam bene gerere nisi mediāte aliquo magno ope iusticie: tunc quantum virtus sua magnanimitatis inclinat eū ad gerendū magnā administrationē tantū etiam inclinat ipsum ad faciendum magnū opus iusticie. quia si non faciat tūc necesse est q deserat arduā illa administrationē. et ad actum istū iusticie cōcurrūt actus magnanimitatis habitus iusticie et volūtas. ¶ Ad secūdā ṗcedo añs et nego ṗñam qz licet non pertineat ad eam regulariter pertinet tñ casualiter: qd intelligo de operationibus exterioribus vel actibus interioribus imperativis executionis circa aliquā particularē materiā: qz actus interiores qb' qs vult esse excellent' iustus per se et regulariter pertinet ad magnanimitatē. Et idem est iudiciū de excellentia in aliis virtutibus. ¶ Ad tertium nego cōsequentiam: quia licet eadem opera alio tamen et alio modo pertineant ad magnanimitatē que pertinent aliis virtutibus: multa tamen pertinent virtutibus que nō pertinent ad magnanimitatē: ut parva in unaquaq virtute. et multa pertinēt magnanimitati que nō pertinēt aliis virtutibus: ut magnorum honorum moderatio et difficilium administrationū gestio. ¶ Contra sextam cōclusionem arguitur sic. Si sic: sequeretur q habēs fortunas potentatus et divitias magis deberet se dignificare honoribus q non habens eas: sed ṗns est falsum. igitur ṗña est nota. et minor probatur qz pro potētatu et divitiis nullus honor debetur. quod probatur qz si sic tunc esset dabilis aliqua virtus pro qua nō deberetur tantus honor quantus deberetur pro divitiis: ponatur enim q pro virtute aliqua debeatur honor ut decem, et pro divitiis ut tria: Tunc sic pro hac virtute debetur honor ut decem ergo pro medietate eius non debetur honor nisi ut quinq, et iterum pro medietate illius medietatis nō debetur honor nisi ut duo cū dimidio: sed hec secūda medietas est virtus, qz quelibet pars virtutis est virtus ergo est aliqua virtus pro qua debetur minor honor q pro divitiis. ¶ Secūdo sic Si virtuoso diviti debeatur honor maior quam virtuoso nō diviti: sequitur quod aliquis honor debeatur pro solis divitiis sed consequens est falsum ut cōstat et patet cōsequentia: huic q est virtuosus et dives debetur honor ut decem. Isti q est eque virtuosus et nō dives nō debetur honor nisi ut octo: ergo cum iste sit eque virtuosus et minus honoratus: sequitur q illi virtuoso diviti ratiōe divitiarum tribuitur honor ut duo. falsitas autem consequentis probatur quia tunc tantus honor deberetur pro divitiis sicut pro virtute. nam si in isto minuatur habitus virtutis, et crescant velociter bona fortune. tunc continue crescet honor debit' pro divitiis, et decrescet honor debitus pro virtute: ergo tandem adequabitur honori debitus virtuti debitus divitiis immo si tandem crescentibus divitiis corrumpatur tota virtus. sibi debebitur honor magnus sine virtute. ¶ Tertio bona fortune nō augent virtutem. ergo magnanimitas nō est circa bona fortune: antecedēs probatur. Tum primo quia tunc virtus in aliquo augētur sine operatiōe qd falsum est. Tum secundo quia tunc virtus in aliquo diminuētur eo invito quod etiam falsum est: et patet cōsequētia quia si bona fortune augent virtutem: eorum ablatio etiam virtutē diminuit. sed ablatio etiam potest fieri invito domino igitur. ¶ Quarto si sic sequeretur q magnanimus libenter reciperet bona fortunas: sed hoc est falsum igitur. et patet minor per Aristotelem dicentem q magnanimus beneficiatus verecundatur. ¶ Ad primam istarum rationū respōdetur q si honor capiatur proprie pro signo benefactive virtutis: nego ṗsequētiam: quia nullus fit hoc modo dignus honoribus nisi propter aliquas operationes beneficas. Si autem honor capiatur pro administratione gravi et difficili: tūc dico q si talis administratio sit de hiis que ad eas gerendas requirit potentatus vel divitias: ille qui habet nec debet magis se dignificare illis honoribus idest debet se existimare magis potentem ad gerendum eas ceteris paribus quam qui non habet. Si autem non sit de illis administrationibus que huiusmodi bona fortune requirunt tunc non debet magis se dignificare qui habet bona fortune q qui non habet ceteris paribus. Et ad probationē cōcedo assumptū. Dico tamē pro operatione per bona fortune tanq per instrumenta gesta debetur honor. ¶ Ad secundam nego cōsequentiam ac-

[Margin notes, partly cut off:] ...ualis ...itus ... ...ui dist ...ē divers... ...s.

...rgumē... ...t ho. z q. 179. ...ticu. 4

...ota ide... ...pus ad ...as ... ...ies ... ...ne.

septo nomine honoris pro graui et difficili administratione diuitie enim virtuoso debetur aliqua administratio que non debetur non diuiti eque tamē virtuoso quando scȝ illa exigit diuitias ad hoc q̄ bene geratur:et tamen nichil honoris debetur pro diuitiis. Et ad probatione admitto casum q̄ vtraq̄ parte accipiedo semper honorē pro administratione:et nego consequentiam:sed dico q̄ virtuoso diuiti debetur honor vt decem non quia illa sit vt decem sed quia illa ad hoc q̄ recte geratur virtutē et diuitias. Alteri vero non diuiti debetur honor vt octo:non quia est vt octo:sed quia ad recte gerēdum eam sufficit virtus quam habet iste et nō exiguntur diuitie. Si autem fiat sermo de honore qui est signum: tunc dico q̄ debetur honor vel vt decem vel vt octo/non propter diuitias nec propter habitū sed propter operationes virtutis benefactiue. Ex quo solutio patet q̄ nec ad augmentū diuitiarum crescit honor iam debitus licet talis in quo decrescit honor/nec etiam ad decrementum earum decrescit nimis sit operatiuus operationum benefactiuarum quibus debetur honor. ¶ Ad tertiā dico q̄ licet bona fortune non augeant virtutē: sunt tamen instrumenta operationum quibus augetur virtus. ¶ Ad quartā concedo q̄ magnanimus libēter recipit bonos fortunas necessarias ad aliquā arduā et difficilem administrationem gerendā: nō quomodocuq̄ tamen eas libenter recipit/ quia nō illo modo quo sit superexcellentia alterius ad ipsum a quo indecens putat excelli. Si tamen nō putaret indecens excelli ab illo. non credo q̄ recipiendo beneficium ab eo tristaretur. vt miles magnanimus non tristatur recipiendo magnum beneficiū a rege sed tristaretur si reciperet illō ab equali sibi a quo excelli reputaret indecens nec diligit magnanimus bonas fortunas secundum q̄ bone fortune sunt:sȝ secundum q̄ sunt vel esse possunt instrumenta gerēdarum grauiū et arduarum administrationum.
¶ Ad rationē ante oppositum satis patet quid sit dicendum et dicetur post hoc diffusius.

Queritur secundo Utrum magnanimitas sit specialis virtus. Arguit q̄ non magnanimitas operatur in omni virtute:ergo magnanimitas nō est specialis virtus.
¶ In oppositū est Aris. in quarto ethicorum vbi eaȝ a ceteris virtutibus distinguit. Pro decisione huius

Nota questionis sit prima conclusio. Magnanimitas est virtus. Probatur omnis habitus p̄ quā inclinamur ad nos bene habendū in his in quibus possumus deficere et superhabūdare et medio modo nos habere ē virtus. sed magnanimitas est huiusmodi igitur. maior probatur quia omnis talis habitus est habitus electiuus ī medietate consistens prout recta ratio determinabit. Et minor probatur quia in appetendis vel retinendis magnis honoribus(quomodocūq̄ capiat honor siue p̄ administratione virtuosa siue p̄ signo virtutis benefactiue) nos possumus deficere nō dignificādo scȝ nos quibus digni sumus. Possumus etiam superhabūdare dignificando scȝ nos maioribus q̄ digni sumus et medio mō nos habere. habitus autem huius medietatis electiuus ē magnanimitas(vt suppono)nos inclinās ad habendū nos conformiter ad dictamē recte rōnis in his subeundis vel renuendis igitur. ¶ Secūda conclusio. Magnanimitas est virtus specialis. probatur omnis virtus cuius sunt propria materia et proprii actus est virtus specialis. sȝ magnanimitatis sūt propria materia scȝ magne administrationes et magni honores et proprii actus scȝ volitiōes et nolitiōes magnanime circa huiusmodi materiam/et etiā operatiōes exteriores ab his actibus volūtatis imperate. ergo magnanimitas est virtus specialis. Tertia cōclusio. Magnanimitas est excellentissima virtus moralis. Probatur virtus illa que facit animū excelsū et humana cōtemptnentem et defigit totum affectum hominis in excellentissimis virtutum omnium operationibus est virtus excellētissima: magnanimitas est huiusmodi vt patet ex his que supra dicta sunt igitur. Secundo homo maxime magnanimus est optimus ergo magnanimitas est excellentissima virtus. Antecedens probatur per Aristotelem quarto ethicorū dicentem Magnanimus autem si quidem maximis dignus optimus vtiq̄ erit maior enim semper melior dignus/et maximis optimus. ¶ Quarta conclusio magnanimitas est virtus cōmunis per coexistētiam/ hoc est nunq̄ sola existit sed semper presupponit communiter oēs alias virtutes probatur magnanimitas non fit sine aliis virtutibus vt habet Aris. in quarto ergo coexistit semper aliis virtutibus. ¶ Quinta cōclusio magnanimitas est virtus cōmunis per adornationem et argumētationem. patet quia ipsa est ornatus omniū aliarum virtutum et eas adauget igitur. Antecedēs probatur per Aris. in quarto dicētem Uidebitur quidem igitur magnanimitas vt ornatus quidem esse virtutū/maiores enim ipsas facit et nō fit sine illis. Sexta cōclusio magnanimitas est virtus communis per imperiū et elicitionē actuū oīm virtutum Patet quia nulla est virtus moralis cui aliquis actus eius magnus et excellēs saltem casualiter possit elici et imperari a magnanimitate igitur. Antecedēs probatur per Aris. in quarto dicentem: videbitur autem magnanimi quod in vnaquaq̄ virtute magnū. Et si dicatur q̄ illud magnum nō est magnanimitatis tāq̄ elicientis/sed tanq̄ imperantis. ¶ Contra omne inclinans ad aliquem actum est elicitiuum eius quia inclinare ad actum nō est nisi producere actum:sed magnanimitas inclinat ad actum magnū iusticie vel liberalitatis et sic de aliis. igitur est elicitiua. minor probatur quia quicquid inclinat ad aliquem actū: inclinat ad omne aliud quo nō posito necesse est primū actum deserere: e. sed frequēter magnanimus in ea conditione positus est q̄ si non sit positus actus magnus iusticie vel liberalitatis necesse erit ipsum deserere actū magnanimitatis. ergo magnanimitas īclinat ad talem actum. Ad actum tamē illum cōcurrunt multa scilicet determinatio medii iusticie et hec fit per prudentiam ipsius iusticie et magnanimitatis. Est ibi etiam volitio actus iusticie et hec elicitur tam ab habitu iusticie q̄ ab habitu magnanimitatis in casu dicto. Est etiā executio siue operatio exterior iusticie/ et hec ī casu imperatur ab vtroq̄ habitu et elicit a potētiis executiuis mediātibus aliquibus promptitudinibus ad iusticiam pertinētibus si alique tales exigātur. Secundo probatur eadē cōclusio nā si possibile esset q̄ aliquis haberet magnanimitatē et nō iusticiam/et p̄ magnanimitatē gereret aliquam administrationeȝ ī qua opus esset opere iusticie: magnanimitas ista īclinaret ad opus iusticie et iste magnanimus sentiret et experitur se īclinatum ad opus iusticie etiam tū q̄tum sentit se inclinatum ad nō deserēdum opus magnanimitatis sed ista inclinatio nō fit per habitum iusticie/quia p̄ casum nō habet illum: ergo ista inclinatio ad opus iusticie et volitio operis iusti est elicita ab habitu magnanimitatis. ¶ Contra primam conclusionem arguitur multipliciter. Primo sic omnis virtus consistit in medio magnanimitas non consistit in medio/quia est circa magnos honores. ergo magnanimitas non est virtus. ¶ Secundo nulla virtus moralis est dispositio corporalis: sed magnanimitas est dispositio corporalis:ergo non est virtus mo-

ratis. minor probatur per Arist. in quarto dicentem q motus magnanimi est lentus et vox grauis et locutio stabilis. ¶ Tertio magnanimus habet multas conditiones viciosas. ergo magnanimitas nō est virtus. añs probatur. Tū primo q magnanimi secundū Aristo. sunt despectores et contemptiui, et videntur superbi, et volunt videri excellere: quod est cōtra humilitatem. Tum secundo q magnanimus beneficiatus verecūdatur. verecūdia aūt non est viri virtuosi vt dicitur in fine quarti. Tum tertio q nō habet in memoria eos a quibus bene passus est: qđ est ingratitudinis. Tum qrto quia est ociosus tardus et piger. Tum quinto quia nō bene pōt ad aliū viuere quod est contra politicā cōcationē. Tū sexto quia non est memor mali: quod est cōtra prudentiam sm illud Senece libro de quatuor virtutibus cardinalibus: Si prudens fueris preterita recordare. Tū septīo magis vult possidere infructuosa fructuosis: quod iterū est cōtra prudentiā. Tū octauo quia nō curat laudari: quod est virtuti sine repugnans. Tum nono quia non est humaniloquus: qđ est contra eutrapeliā. Tum decimo quia est manifestus oditor quod est contra amiciciā imo et cōtra iusticiā. Tū vndecimo q vtitur yronia ad multos: ergo magnanimitas non est virtus. Tertio magnanimitas inclinat ad actus oppositos felicitati: ergo non est virtus. Antecedens patet quia inclinat ad non gaudendum in prosperis, et non tristandum in infortuniis: vt patet per Aristotelem in quarto dicentē. Neq3 bene fortunatus vtiq3 gaudiosus erit neq3 infortunatus tristis: sz hoc est contrariū felicitati, quia vt dicit Ar. in p'io magna infortunia tribulant et cōturbant beatitudinē. ¶ Quarto qui habet vnā virtutē habet omnes: sed potest quis habere multas virtutes non habendo magnanimitatē, vt patet per Ari. in quarto dicentē q qui est paruis dignus et his dignificat seipsum temperatus est, magnanimus autem non. ergo magnanimitas non est virtus. Ad primam respondeo distinguendo antecedens vel in medio mediatione materie vel in medio mediatione rationis: concedo q omnis virtus consistit in medio mediatione rationis: id est in eo quod ratio indicat nec esse superhabundātiam neq3 defectum, sed mediū inter hec. Sed nō in medio mediatione materie vel obiecti. honores enī illi vel ille administrationes quas virtuose cupimus non sunt medii inter honores sed excellentes Sed sunt medium per comparationem ad facultatem nostram quos ratio indicat cē mediocres quo ad nos. et hoc est quod dicit Ari. in quarto. Est aūt magnanimus magnitudine quidē extremus eo autem q vt oportet medius. eo enī q secundum dignitatem se dignificant hi autem superhabundant et deficiunt. ¶ Ad secundam concedo maiorem et nego minorem licet enim magnanimo ista cōueniāt: tamen ipsa non sunt magnanimitas, sed vel causātur a magnanimitate mediate vel immediate: vel ipsa magnanimitas et ipso accidentia exeūdē qualitatibus corporalibus causantur saltem dispositiue. Secundum enim Ari. in eodem loco, acumē vocis et velocitas motus causantur ex hoc q quis circa multa studet que magna existimat. ex primo enī contingit q sit festinus, et ex secundo q sit contentiosus: sed magnanimus circa pauca studet et nichil magnum existimat: ideo est ei motus lentus et vox grauis et stabilis. Et hanc rationem assignat Ari. ibidem cum ait. Non enim festinus qui circa parua studet nec contentiosus cum nichil magnum existimet: acumen autem vocis et velocitas per hoc,

Arg. tho. scd'a scde quest. 129 art. 3'io

Duplex ē medium.

¶ Ad tertiam nego añs. Et ad primā pbationē dico primo q magnanimi nō sunt supbi nec quicq3 contra veram humilitatem operantur. Est enī differentia inter magnanimū et superbum in hoc q magnanimus dignificat se ex virtute et eo modo quo recta ratio dictat se debere dignificare. Supbus vero dignificat et existimat se excellere alios sine virtute. Et inde est q tales sunt iniuriatores nec possunt moderare ferre prosperas fortunas et cōtempnūt alios quibus meliores sunt, nec operātur scđm virtutem et ideo cum sint dissimiles magnanimo imitantur ipsum. Et hoc habet Ari. in quarto cum ait. Qui autem sine virtute bona talia habent (de bonis fortune loquitur) neq3 iuste magnis se ipsos dignificat: neq3 enim recte magnanimi dicūtur: sine virtute enī perfecta nō sunt hec. Despectores autem et iniuriatores et talia (sz bona fortune) habētes mali efficiuntur. sine virtute enim nō facile ferre moderare bonas fortunas non potentes autem ferre et existimantes alios superexcellere, illos quidem cōtempnunt ipsi autem quicquid contingit operantur: imitantur enim magnanimū non similes existentes. Ex quibus verbis patet q supbi sunt qui propter bona fortune his se dignificant quibus magnanimus se propter virtutem dignificat. Et cum dicis q sunt despectores, vbi etiam Aretinus habet superbi. Respōdeo q Aristo. non habet q sint despectores sed q videntur. Cui autem inquit honor paruū est: huic et alia. propter q et despectores videntur esse. Eodem tamen capitulo vbi ponit differentiam inter supbum et magnanimum dicit q magnanimus iuste contempnit quod nō repugnat humilitati vere. Ille enī iuste cōtempnit qui alium le magis dignificātem q oportet nō tantū existimat neq3 tm dignificat, quia iudicat vere magnis de vno quoq3 scđm veritatem glorificat enim vt et habet Ari. vbi translatio Aretini habet nam iudicat scđm veritatem. quia ergo magnanimus iudicat scđm veritatem ideo cōtempnit eum id est minus estimat eum qui magis dignificat se q oportet. Ex quo patet q magnanimitas non est contraria humilitati: nō enim humilitatis est q homo de minus estimet aut se minus dignificet q sit dignus cum humilitas non hebetet iudicium: sed humilitatis non est plus se existimare q dignus sit, neq3 ex bonis fortune sed ex veris virtutibus hanc existimationem sumere: et huiusmodi virtutes in auctorem suum referre, et cognoscere se ab eo accepisse et sine eo conseruare nō posse que omnia sunt vel e magnanimi cuz iudicet semper secundum veritatem. Neq3 enim placet michi solutio Thome dicentis q magnanimitatis est q secundum conditionem bonorum que a deo possidet se magna dignificet et q sit hoc in tem magnam ad magna opera tendat sed humilitas facit quod homo seipsū paruipendat secundum considerationem defectum. Similiter magnanimitas cōtempnit alios secundum q deficiunt a donis dei, sed humiles alios honorat et superiores estimat inquantum in eis inspicit aliquid de donis dei. ¶ Cōtra istam solutionem arguitur sic. humilitas facit q homo secundum conditionē maiorum bonorum q a deo possidet se magnis dignificet et ad magna opera cōformia illis bonis tendat et magnanimitas facit q secundum conditionem defectuum suorum se paruipēdat: ergo nulla penitus est differentia in se dignificando et non dignificādo magnis bonis inter magnanimum et humilem. Antecedens pro prima parte probatur. Tum primo quia per beatum Thomam humilitas facit q honoret alios et dignificet inquantum in eis inspicit aliquid de donis dei: ergo etiā humilitas facit q se similia vel maiora dona dei in se inspiciat: q se per hanc cōsiderā

Supbus et magnanimus dr̃ïit.

Magnanimus nō ē despector

Tho. secunda. 2. q̄stio. 129. art. 3. in sol: ad. 4.

Contra thomam

rationem magnis bonis dignificet. Tum secundo
quia vel humilitas impedit ne humilis cognoscat
bona dei esse in se que in rei veritate sunt, vel non?
Non primum: quia humilitas non hebetat sensum
nec intellectum. Si primum: ergo humilis cognoscit
bona dei etiam magna, aut quibus est magnis bonis, hoc
est claris et arduis operibus quibus est dignus se
dignificat: aut non: si sic ergo humilitas eodem mo
do inclinat sicut magnanimitas. Si non: ergo con
trarietas et repugnantia est inter magnanimitatem
et humilitatem quia magnanimitas inclinat ad hoc
quod propter hec magna bona dei se magnis dignificet:
humilitas vero ad hoc quod non se dignificet his ma-
gnis bonis propter magna bona dei, que humilis scit
in se esse. Probatur secunda pars antecedentis: quia
magnanimus indicat secundum veritatem: ergo si sunt ali
qui defectus in eo magnanimitas sua inclinat eum
ad minus estimandum de se tantum quantum illi defectus
sunt impedimenta virtuosarum operationum: alias ipse non
vere indicaret. Et eodem modo posset reprobari il
lud quod dicit Thomas de magnanimitate et hu-
militate respectu aliorum a se. Secundo ad principa-
le arguitur volo quod sit aliqua ardua administratio
committenda alicui et sit aliquis maxime magna-
nimus et maxime humilis quem cives existiment di-
gnum ista administratione: et quod in rei veritate sit di-
gnus: aut ergo iste per habitum magnanimitatis et
humilitatis simul suscipiet istam administrationem
et se dignum existimabit: aut per utrumque se indignum
existimabit et reiciet: aut per magnanimitatem se di
gnum existimabit et per humilitatem se existimabit
indignum. Si primum et secundum sequitur quod magnanimi
tas et humilitas habent pares inclinationes, et etiam
habetur intentum scilicet quod per humilitatem quis dignius
magis se magnis dignificat maxime si detur primum
membrum et si detur secundum sequitur quod magnani-
mitas per coexistentiam humilitatis habebit incli
nationem pusillanimitatis. si detur tertium sequitur quod ali
quis se simul et semel dignum existimabit magna et exist
imabit se indignum magnis. et tunc vel vere vel false
Si vere: sequitur quod duo contradictoria simul sunt
vera. Si false: ergo vel magnanimitas vel humilitas
inclinat ad falsa iudicia quod non videtur virtuti
convenire. Tum secundo quia tunc erunt simul in eo
dem duo iudicia contraria et per consequens duo contra-
dictoria. Tum tertio quia vel suscipiet illam admini
strationem: et tunc aget contra dictamen humilitatis
quo dictatur quod non est suscipienda. vel reiciet: et tunc
aget contra dictamen magnanimitatis quo dictatur
quod non est reicienda sed suscipienda. vel neque reiciet
neque suscipiet et tunc aget contra utrumque dictamen.
Neque potest dici quod simul suscipiet et reiciet: propter implic
ationem contradictionis. Sed forte respondebitur
quod secundum considerationem bonorum dei que habet
iudicat se dignum: et secundum considerationem de
fectuum iudicat se indignum. ¶ Contra implicat con
tradictionem quod iste simul sit dignus et indignus:
ergo implicat contradictionem quod secundum quas-
cumque diversas considerationes, vere et simul iudi-
cet se esse dignum et se esse indignum. consequentia
tenet quia bene sequitur: iste secundum hanc consi-
derationem vere iudicat se esse dignum hac admi-
nistratione. ergo est dignus, et secundum hanc con
siderationem vere iudicat se esse indignum ea. ¶ Tunc
arguitur sic: quorumcumque consequentia repugnant
et antecedentia. sed hec consequentia iste est dignus
hac administratione et, iste non est dignus hac ad-
ministratione repugnant. ergo et antecedentia. sed antecedentia
sunt ista: iste secundum considerationes bonorum que habet a deo
vere iudicat quod est dignus hac administratione et iste
secundum defectus quos habet vere iudicat quod non est
dignus hac eadem administratione: ergo ista duo
antecedentia repugnant. Secundo quia vel defectus
quos iste magnanimus habet impediunt ne virtuo-
se et ad utilitatem publicam (etiam mediantibus bo
nis magnis que habet adeo) gerere hanc administra
tionem vel non. Si sic ergo cum magnanimo isti defe-
ctus sunt impedimenta ne hec administratio ab eo be-
ne et laudabiliter geri possit sint cogniti: sequitur quod
secundum magnanimitatem suam quantumcumque etiam
consideret bona que sunt in eo que in rei veritate sunt
impedita ipse non dignificat se illa ardua admini-
stratione. Si autem non sint impeditiva: ergo secun
dum rei veritatem huiusmodi deffectus non ita eum
indignificant quod sit hac administratione indignus er
go humilitas per hanc considerationem deffectuum
non inclinat ad non dignificandum se hac admini-
stratione quia bonis et deffectibus pensatis ipse ad-
huc manet dignus. ex quo patet quod inter humilitatem
et magnanimitatem est multum consona inclinatio
si sint virtutes distincte. quod tamen non puto. Ideo
videtur michi vel quod humilitas est eadem omnino ma
gnanimitati vel quod est species magnanimitatis.
¶ Ad secundam probationem dico quod verecundia ac
cipitur dupliciter uno modo pro timore in gloriatio
nis ex turpi actu: et sic magnanimus non verecunda-
tur. alio modo pro omni timore inglorationis vel mi
noris gloriationis et excellentie: et hoc modo bene ve
recundatur quia cum ipse sciat maiorem dignitatem
esse in beneficiendo quam in beneficiari ideo recusat be
neficiari et magis cupit beneficiare hic ergo timor pro-
venit ex appetitu excellentie in virtuosis operibus quod
laudabile est et inde est quod si beneficiatus sit ab ali-
quo conatur quantum potest retribuere etiam plura quam
accepit. et ideo statim subiungit Aris. Et retribuitur
plurium ita enim erit debitor qui incipit et erit bene
passus. ¶ Ad tertiam probationem dico quod habere ali
quos in memoria contingit tripliciter. uno modo idem
est quod eos mente tenere, et non habere eos in memo-
ria idem est quod eorum oblivisci: et hoc dupliciter uno
modo ante retributionem beneficii: alio modo post
retributionem beneficii. tertio modo contingit ali-
quos in memoria habere id est de eis et de eorum be
neficentia sermonem facere. Et hoc modo adhuc du-
pliciter uno modo simpliciter alio modo per compa
rationem ad eos quibus benefecerunt. dico ergo quod
magnanimus delectatur in bonis virtuosis et excel-
lentibus operationibus. Ideo libentius et frequen-
tius memoratur et sermonem facit de his quibus be-
nefecit quam de his a quibus bene passus est ceteris pari
bus: quia si honor vel utilitas eorum a quibus bene-
ficia suscepit exigeret non dubito quod vere magnanimus
de eorum beneficentia sermonem faceret. dico ultra
quod benefacientes eis non excidunt a memoria eorum
ante retributionem beneficii et hoc concludit illud Aris.
allegatum et retribuitur plurium etc. Et ideo preterea
quod post retributionem facilius excidunt a memoria,
quam ii quibus benefecerunt, quia operationes virtutis
proprie scilicet quas exercuerunt sunt eis delectabiliores quam
operationes virtutis aliene: ideo tenacius herent me-
morie ¶ Ad quartam probationem dico quod magnani-
mus in rebus arduis et sibi commissis est diligentissi-
mus neque quicquam omittit quod sit viri probi et virtuo-
si: in rebus autem parvis quos multi minores recte possunt
gerere est tardus et piger quia non libenter ingerit se
earum administrationi eo quod excellere in illis non ex-
stimet venerabile immo reputet grave et onerosum ve
nerari in illis sicut onerosum est fortem esse id est ex-

Margin notes:
Tho. vbi supra.
Bonu argumentu.
Nota
Acceptio verecundie

ercere fortitudinē suā in imbecilles. ꝛ hoc est quos dicit Ari. et ad honorabiliora non ire vel vbi pcelsunt alii et ociosū esse et tardū et pigrū sed vel vbi honor magnus vel opus. Et sequit. ꝛ paucoꝝ quidez operatiuū magnoꝝ aūt et notabiliū. ¶ Ad q̄ntā pbationē dicō ꝙ sit īelligat ꝙ nulli possit suuiuere sꝫ ē te intelligat ꝙ nō possit vnū ad aliū. i. ad eos q̄ sunt ꝯ virtutib⁹ suis alieni. q̄les nō sūt h̄n q̄s icit sibi amicos ppt̄ virtutes eoꝝ sic ꝯcedo q̄ ad ꝯuiuēdū istis oportet hominē eē blanditorē siue adulatorē ꝛ laudet eos frequenter in h̄ns in quibus reprehendēdi sunt hoc aūt facere non pōt magnanim⁹. quia hoc est seruile. Et hoc est quod dicit Ari. et ad alium nō posse viuere sed vel ad amicum. seruile enim ppter quod et oēs blanditores. seruiles ꝛ humiles blāditores. vbi humiles pro obsequiosis ꝛ seruilib⁹ accipit. ¶ Ad sextā pbationē dico ꝙ nō esse memorem mali id est eoꝝ que solent causare odium vel irā ad et sua offendentē laudabile est. et nō est imprudente licet memoria p̄teritoꝝ scōm ꝙ valent ad cauendum de futuris sit laudabilis. vt vult Seneca loco allegato. et ꝙ ita Aris. intellexerit magnanimum nō ee memorē mali cū dixit i quarto. neqꝫ memor mali: patet ex translatione Aretini. qui loco huius hꝫ neqꝫ tenax odii. ꝛ sequitur nō est magnanimi ē recordari aliqualiter et mala sed magis despicere: sꝫ sū puipensius sit vel offensus magis est animi magni et excelsi hoc despicere ꝙ huius recordari vt vlciscatur. ¶ Ad septimā cōcedo aūs: sed nego ꝙ hoc sit contra prudētiā quādo in fructuosa honestiora fructuosis ꝛ maxie si in h̄is sit maius exercitiū virtutis. ¶ Ad octauā concedo ꝙ nō multū curat laudari. sed bene curat vt sit laudatione dignus. nec hoc est cōtra virtutē magnanimitatis quia laudatio que solo sermone p̄uato agitur (de qua hoc intelligit) est de p̄uis et nō de magnis honorib⁹ et iō non mult̄ curat de ea. ¶ Ad nonā dico ꝙ nō est humani loquus id est nō multū loquitur de hoīb⁹ in cōi sermōe. licet si aliqua grauis administratio exigat hoc nō refugiat neqꝫ hoc est contra eutrapeliā cū neminē in cōicatiōe h̄uana quā sequit̄ offendat. aut scōm Buridanū. dicitur nō eē humani loquus nō simpl'r sed scōm reputationē vulgi qui solos loquaces reputat h̄ūaniloqꝫ. videtur tamen michi ꝙ humaniloquiū si ptinet ad eutrapeliā non tamen dicit aliquā excellentiā actus in illa virtute ad rerum grādiū administrationem multū vtilē: ideo non videtur michi magnanim⁹ ad illud ex virtute sua inclinatus. nec etiam vitiis sua inclinat ad vitiū eutrapelie locutioni contrarium. ¶ Ad decimam probationem concedo aūs et nego consequentiam q̄a licet odire que amanda sunt sit contra rationē amicicie odire tamen que odienda sunt puta vitia hominum et homines secundum ꝙ vitiosi sūt ꝛ aduersi siue contrarii publicarum administrationū ciuitatibus. bonū ei esse videtur. ¶ Ad vndecimam pbationem concedo antecedens ꝛ nego consequentiam. ironia eīn nec viritati nec cuicunqꝫ virtuti opponitur: imo frequentissime valet ad veritatem cognoscendam ꝛ mores hominū deprehendēdos. Secundū eīn Thomam magnanim⁹ vtitur ironia ad multos id est ad vulgares. nō quia dicat aliqua vt ha de se aut neget magna q̄ sibi insūt inesse: sꝫ quia non totā magnitudinem suā monstrat multitudini quia secūdū Aris. ad magnanimum ptinet magnū esse ad eos qui in dignitate ꝛ bonis fortūis cōstituti sūt ad alios aūt moderatū. et hec ironia cōsistit in occultatione veritatis vel vt alii dicunt vtitur ironia in rephensione alienorū vitioꝝ cum scilicet verbis contrariis significātibus vitium alicui⁹ reprehendit. vt si male operanti dicat ꝙ bene agis. opinio in Thome videtur satis conformis. Eustracius q̄ totum illū locū Arꝫ. de ironia magnanimi exponit de occultatione ppriorū bonorū ad multos. hec tamen expositio nō videtur michi sufficere ad itentionē Arꝫ. sit enim sic Arꝫ. de magnanimo loquēs. et veridicus veritatē q̄cunqꝫ non ppter ironiā huius sensus est magnanimus est veridicus. Hec est generalis sententia quomodo statim limitat et restringit. ac si diceret non dico ꝙ in oībus sit veridicus: sed in oībus que nō dicit per ironiam. Ex quo textu patet ꝙ a magnanimo aliqua dicunt̄ ironice que non sunt vera ergo cū sint dicta et enuntiationes sunt falsa. et subiungit ꝙ hac ironia vtitur ad multos. Secundus modus exponendi non videtur michi satis dignus magnanimo huiusmodi enī reprehensione tam vulgata raro vtit̄. Est igitur auertendū ꝙ scōm Quintilianum duplex est ironia verborū scꝫ et sententiarū. ironia verborū tropus est que licet aliud dicat ꝙ sentit nō tn̄ simulat dicum dico ironice tu bene agis ego dico vnū scilicet te bene agere. ꝛ aliud sētio scilicet te male agere sed nō aliud simulo q̄ ppter modū proferēdi oēs audiētes indicant me sentire ꝙ ille male agit. Ironia sententiarum est totius voluntatis fictio qua q̄s vnum sentit et aliud simulat huius multe sūt species: vna dicitur antifrasis a negando cum scilicet negamus nos facere quod maxime facimus. vt quid ego istius decreta. quid rapinas cōmemorē: et mitto illam primā libidinis iniuriā. altera est cum similes imperantibus vt permitentibus sumus: vt sequere italiā ventis. altera cum eas que volumus videri in nobis i aduersariis esse concedimus vt illud meqꝫ timoris argue quando tot caedis aceruos teucrorū leto tua dextera dedit. idem in cōtrarium valet cum scilicet ea quem aduersarius esse videri volum⁹ nobis in esse dicimus: vt me duce dardanus spartaz expugnauit adulter: nec in personis tantum sed et in rebus versatur tam dicendi ꝙ intelligendi verbis ratio. vt totum pro quinto ligario prohemium. quod incipit nouum crimen g. cesar. ꝛ ante hoc tempus inauditum ꝛc̄. et ille eleuatiōes videlicet odii boni. et illud scilicet is superis labor est hec fere Quintilianus fere dixi: quia pauca verba mutata sunt. hi modi sententiarum magis decent magnanimi qui contemptib⁹ est et excellere cupit. Est et alius modus ironie sententiarum qui etiam est fictio totius voluntatis. cum scilicet vt inquirat sententiam vel voluntatem alicuius in aliqua re simulat se esse alicuius vnius sententie vt monachus ille qui dubitans alium quendam luxurie stimulis agitari fingit et simulat se eisdem stimulis indies agitari quo audito alter temptationum secreta statim aperit et inuenit remedium. sic etiam magnanimus in grauibus administrationibus quando cū multis acturus est quorum voluntatem et intentionem frequenter ignorat: ideo censet eam aliquando inquirendā esse per huiusmodi ironiam que est totius voluntatis fictio. vtrum autem hoc sit licitum vel non postea inquiretur cum agetur de mendacio. Est etiam et alius modus siue mendacio: vt cum quis vult inquirere quid alius esset facturus. aut quid fecerit in aliquo graui negotio: vi probet si vel bene administrauerit vel bene administraret si esset sibi negotium illud commissum. dicet magnanim⁹ grauis viris vt Cicero Catho vel Scipio censuerunt ita esse faciendum tunc alius auctoritate hominum per motus facilius quid sentit exponet. quia ipse credit ꝙ ille magnanimus ita sentiat sicut illi magni viri senserunt et in hac ironia est simulatione magnanimi audiens decipitur.

Contra thomā et eustraciū

B Ironia duplex.

¶ Ad tertiam negatur antecedens: et ad probationem negatur assumptum sed inclinat ad non gaudendum et ad non tristandum excessive et ista expositio patet ex alia translatione in qua sic habetur, neque prosperis gaudebit nimium nec adversis nimium turbabitur. magna autem infortunia conturbant beatum moderate et non excessive alias desineret esse beatus et inciperet esse miser. ¶ Ad quartam nego maiorem. connexio enim virtutum a recte intelligentibus eam non intelligitur nec secundum actus virtutum nec secundum habitus, sed secundum principia quedam communia prudentie. quod non sit connexio virtutum secundum actus concedit Thomas. et de habitibus addit quod virtutes sunt connexe secundum habitus in anima existentes vel in actu vel in propinqua dispositione que solutio non satis consonat sibi ipsi. nam si est connexio in habitibus non qui sunt in actu sed in propinqua dispositione. Arguitur sic propinqua dispositio ad habitum non est nisi mediante actu generativo illius habitus ita quod est prius dispositio ad actum quam ad habitum ergo virtutes magis sunt connexe secundum actus quam secundum habitus. Sed non sunt connexe secundum actus, ut dicit propter quamcumque dispositionem propinquam ad actum. ergo nec dicentur connexe secundum habitus, propter quamcumque dispositionem ad habitum de ista connexione alibi agetur. ¶ Contra secundam conclusionem arguitur sic nulla virtus specialis operatur in omnibus virtutibus. sed magnanimitas operatur in omnibus virtutibus cum ad eam pertineat quicquid est in omni virtute magnum igitur. ¶ Secundo magnanimitati attribuuntur actus virtutum diversarum. ergo magnanimitas non est specialis virtus. antecedens probatur quia ad magnanimum pertinet non fugere commovente quod est actus prudentie, nec facere iniusta quod est actus iusticie esse promptum ad benefaciendum, quod est actus caritatis, et quod ministrat prompte, quod est actus liberalitatis, et quod sit veridicus quod est actus veritatis, et quod non sit quod est actus pacientie. ¶ Tertio omnis virtus que est ornatus anime est magnanimitas, quia secundum Aristotelem magnanimitas est ornatus omnium aliarum virtutum: sed omnis virtus est ornatus anime, secundum illud Ysa. lxi. induit me dominus vestimentis salutis et postea subdit quasi sponsam ornatam omni virtute. ¶ Ad rationes istas dicitur ad primam si intelligatur de operatione interiori imperativa executionis distinguo maiorem vel regulariter et immediate et sic concedo et nego minorem vel casualiter et mediate scilicet mediante actu suo elicito et sic nego maiorem et concedo minorem. si autem intelligatur de actu interiori non imperativo executionis: ergo dico quod hoc est proprium magnanimitati operari in unaquaque virtute. Et beatus Thomas negat simpliciter maiorem istius rationis. ¶ Ad secundam respondet Thomas quod hec omnia possunt considerari dupliciter uno modo secundum quod important excellentiam quandam. et sic pertinent ad magnanimitatem et est eius pertinentia ad bene faciendum et ministrandum excellentie est. quia vero omnis occultatio veritatis ex timore videtur procedere et esse planctivum ex eo quod quis succumbit bonis exterioribus quod duo defectum dicunt cum quo non potest esse excellentia magnanimo digna. Ideo est veridicus et non planctivus. secundum hanc enim rationem conceditur antecedens et negatur consequentia quia ut dictum est magnanimo attribuitur quicquid est in unaquaque virtute magnum et potest applicari solutio ad precedentem rationem datam. ¶ Est tamen dubium quid intelligatur per non fugere dicit enim alia quod non fugere commoventem idem est quod non fugere consiliantem scilicet sibi accrescere hoc tamen non videtur consonum excellentie magnanimi quia dare consilium est super excellentis et recipere super excessi. superexcedi autem fugit magnanimus ut habet Aristoteles, ideo alii dicunt quod non fugere commoventem ponitur pro hac oratione, sive vere sive corrupte non cedere lacessenti. et ideo loco huius habet. Brennus. et nequaquam convenit magnanimo cedere lacessenti quod si textus noster videatur recte translatus tunc iudicio meo per commoventem rogantem et deprecantem intelligere debemus excellentie enim est condescendere rogantibus et supplicantibus. ¶ Ad tertiam negatur maior conceditur minor magnanimitas enim convenit cum aliis virtutibus quia est ornatus anime sicut cetere virtutes. sed differt ab eis quia ipsa est ornatus omnium aliarum virtutum, et eas maiores facit, alie autem non sunt ornatus aliarum, licet sunt ornatus anime sicut anulus est ornatus anuli et digiti. ¶ Contra sextam conclusionem arguitur sic si magnanimitas eliceret omnium virtutum actus sequitur quod omnes alie virtutes superfluerent sed consequens est falsum igitur et patet consequentia quia virtutes non ponuntur nisi propter actus. ¶ Secundo actus sequentes habitum sunt eiusdem speciei cum precedentibus sed actus precedentes magnanimitatem non sunt actus aliarum virtutum sed sunt actus magnanimitatis ergo actus sequentes non sunt actus aliarum virtutum sed sunt actus ipsius magnanimitatis. ¶ Ad primam istarum rationum nego consequentiam non enim dictum est omnium aliarum virtutum actus elicitur a magnanimitate quia sicut habet Aristoteles prius acquiruntur alie virtutes quam habeatur magnanimitas et per consequens habentur multi actus aliarum virtutum sine magnanimitate. sed dico quod si aliquid est excellens in aliqua virtute illud causaliter et non regulariter a magnanimitate non immediate sed mediante actu suo elicito elicitur. nec nego tamen quin etiam aliquando regulariter cum scilicet magnanimus intendit reddere alias virtutes ornatiores et auctiores, tunc enim mediante actu magnanimitatis potest elicere actum excellentem alterius virtutis ad quem tamen eliciendum partialiter concurret habitus illius virtutis etiam immediate. ¶ Ad secundam concedo de actibus immediate elicitis ab habitu: sed nego de actibus elicitis ab habitu aliquo mediante actu suo elicito. et ad minorem dico quod ad generandum magnanimitatem concurrunt duplices actus scilicet actus ipsius magnanimitatis et actus aliarum virtutum quia secundum Aristotelem iiii. magnanimitas non fit sine aliis ergo oportet quod alie virtutes concurrant generationem magnanimitatis et non immediate ergo mediantibus actibus illorum habituum ideo cum magnanimitas sit generata ex propriis et ex alienis actibus non est mirabile si et tamen ipsa sit immediate elicitiva actuum sibi propriorum et mediante actu suo sit elicitiva actuum excellentium aliarum virtutum. Non quidem quod semper requiratur ad eos eliciendos immo etiam possunt elici excellentissimi sine magnanimitate. sed ad eos eliciendos aliquando concurrit ut una causa aliquando concurrunt due que faciunt unam totalem causam. Ratio ante oppositum soluta est.

E

Tho. ubi supra. ar. tertio in solutione ad secundum.

Rationes tho. ubi sup. arti. quarto.

D

Prius acquiruntur virtutes alie quam magnanimitas.

Queritur tertio Utrum secundum magnanimitatem honores sint magis appetendi a magnanimo quam fugiendi.

Arguitur quod non quia quicumque appetit honorem cupit laudari sed magnanimus non multum cupit laudari ut habet Aristoteles in quarto ergo nec cupit honorem. ¶ In oppositum esse videtur Aristoteles. ¶ Pro questione supponenda sunt omnia dicta in prima questione tamen in notabilibus quam conclusionibus. Secundum autem Aristotelem primo rethorice sunt multiplices partes honoris partes autem inquit honoris sunt sacrificia recordationes in metris et sine metris constructio templi antiqui primordiatus sedis monumenta imagines alimenta publica que barbarorum ad ohonem et extenses dona que apud singulos preciosa. alimentis publicis sociatur prima innia dampnatus et dignum esse fuit. et ideo secunda sententia dampnatus est quod refert Cicero libro de oratore dictum est etiam supra quod sunt magni honores et qui

Partes honoris.

¶ Sit igitur. Prima conclusio honor tributus alicui ratione dignitatis quam administrat aut ratione gratie et parentele magis abeo appetendus est quam fugiendus. probatur quia fugiendo illud detrimentum affert dignitati sibi commisse aut gratie suo iura scilicet illorum diminuendo et peccat. Secundo quia tales et maxime qui suscipiunt administrationem alicuius dignitatis iuramento astringuntur fuare iura libertates et prerogativas dignitatis quam susceperunt administrandam igitur. Tertio quia talia iura honorum et preeminentiarum si aliquo modo collapsa sunt licet in iudicio repetere immo de facto tenentur et licet talia magis appetere quam fugere. ¶ Est tamen E advertendum quod duplex potest fieri fuga illorum uno modo cum quis retinendo dignitatem vel dnationem temporalem contempnit honorem dignitati vel dnationi tributum et in hoc sensu intelligimus. alio modo cum quis non retinet dignitatem nec dnationem sed eam relinquit et forte seculum deserit et hoc modo non propter contempnunt sed eis maius bonum anteponunt. ¶ Secunda conclusio magnanimus potest rationabiliter propter bonum virtutis aut in se aut in aliis honorem appetere ita quod si commodius hoc bonum virtutis haberi possit assequendo honorem quam fugiendo magis debet appetere honorem quam fugere probatur quia virtus est multo maius bonum quam honor et si ratio dictet esse appetendum honorem ut habeatur virtus in se aut in aliis magnanimus debet magis appetere honorem quam fugere. potest assit hoc dictare ratio. Nam honor est causa bone opinionis et bona opinio aliorum de nobis et desiderium huius bone opinionis est causa multarum bonarum operationum in nobis et etiam fugiendorum vitiorum ut habetur Cassianus nam secundum eum cum quis consideraret hominum opinionem de se quod sanctus et immaculatus credatur hac consideratione retardiet temptationes fornicationis similiter cum auditores bonam opinionem habent de predicatoribus ut de aliquo alio magis dictis suis credunt et hortatis sibi obsequuntur. ¶ Tertia conclusio vir magnanimus magis cupit bonum nomen quam honorem. patet quia honor maxime delectat magnanimum quia honor est signum opinionis bone de ipso ut supra allegatum est ex Aristotele. et homines bonam opinionem habentes de aliquo cum ei honorem tribuunt maxime intendunt opinionem quam interius de homine gerunt signis quibusdam excellentibus signare et iudicare. ¶ Quarta

Nota. 5 conclusio vir magnanimus seclusa fide aut noticia de futura beatitudine debet magis honorem appetere quam fugere. patet quia solus honor apud eum est extrinsecum premium suarum excellentium operationum. et honorem magis debet appetere quam fugere omnia talia quia unusquisque dignus aliquo premio quod est maximum quod sibi prestari possit potest rationabiliter appetere illud. Secundo probatur quicumque delectatur in aliquo rationabiliter potest illud rationabiliter appetere. sed magnanimus in magnis honoribus sibi a viris studiosis et bonis tributis delectatur ut patet per Aristotelem in quarto ethicorum dicentem. et in magnis et a studiosis moderate delectabitur ut propria adipiscens vel etiam minora virtuti enim perfecte non utique fiet dignus honor. verumtamen et adhuc recipiet in non habendo ipsos maiora ipsi tribuere. et honor potest rationabiliter a magnanimo appeti. ¶ Tertio seclusio honore felicitas humana est minus perfecta eo modo posito ipsa est perfectior et magis habet integritatem suarum partium. ergo honor rationabiliter potest appeti a viro magnanimo maior probatur per Aristotelem primo rethorice ponentem honorem inter partes felicitatis sub his verbis. et itaque est felicitas tale necesse est ipsius esse partes nobilitatem multitudinem amicorum bonorum amicitiam divitias bonam prolem multitudinem prolis bonam senectutem adhuc corporis virtutes puta sanitatem pulchritudinem robur magnitudinem potentiam agonisticam gloriam honorem bonam fortunam virtutem autem et partes ipsius prudentiam fortitudinem temperantiam iustitiam hec Aristoteles. Quarto quicquid facit vitam delectabilissimam et maxime sufficientem illud est a viro magnanimo appetendum sed honor est de his que faciunt vitam delectabilissimam et sine quo vita nec delectabilissima est nec sufficientissima posita ypothesi conclusionis cum inter partes felicitatis et inter ea que vitam talem faciunt enumeretur ergo honor est a viro magnanimo appetendus. ¶ Quinta conclusio honor a viro magnanimo potest rationabiliter appeti probatur omne bonum cuius usus potest esse bonus et virtuosus potest a viro catholico rationabiliter appeti: sed honor est bonum cuius usus potest esse bonus et virtuosus ut si propter deum appetamus ipsum aut propter maius exercitium virtutum vel in nobis vel in proximo ergo honor a viro catholico potest rationabiliter appeti. Secundo prelature dignitates temporalia et multa alia huiusmodi possunt rationabiliter appeti immo in aliquo casu tenetur quis talia appetere. ut si theologus vir probus et doctus verisimiliter sciat prelatum hereticum quempiam invasurum nisi prelaturam receperit recipere tenetur ergo et honorem consimilia tenet quia honoris usus non est de se deterior quam reliquorum bonorum. Tertio ubicumque dabilis est superhabundantia defectus et mediocritas ibi dabilis est virtuosus et laudabilis appetitus cum scilicet ille mediocris est et secundum dictamen recte rationis regulatus: sed in appetitu magnorum honorum dabilis est superhabundantia et defectus et mediocritas ut patet ex Aristotele quarto ethicorum igitur. ¶ Sexta conclusio actio magnanimi catholici melior est ceteris paribus cum deus solus prestituitur finis eius quam cum cum deo prestituitur honor ita quod ceteris paribus ille virtuosius agit qui magna negocia administrat propter deum tantum quam qui ea administrat simul propter deum et propter honorem consequendum. probatur talis operatio est magis caritativa ergo est melior: antecedens probatur quia talis operatio magis habet deum pro fine. Secundo si illa operatio haberet gradus quorum aliqui fierent propter deum et alii fierent propter honorem consequendum constat quod illi qui fierent propter deum essent meliores propter circumstantiam finis quam illi qui fierent propter honorem consequendum: ergo si tota operatio esset propter deum ipsa esset simpliciter melior quam si partim propter deum et parti propter proximum. Confirmatur cum operatio aliqua fit propter deum et honorem consequendum. aut habet diversas partes secundum quarum aliquas est propter deum et secundum alias est propter honorem consequendum: vel secundum quaslibet partes suas est propter deum et propter honorem consequendum si primum constat quod partes ille que sunt propter deum sunt simpliciter meliores quam ille que sunt propter honorem consequendum: ergo simpliciter melior esset si omnes partes essent propter deum si secundum tunc sic. sicut se habet totum ad partem ita totaliter ad partialiter. sed ut dictum est illa operatio que tota esset propter deum ceteris paribus esset melior quam illa cuius pars esset propter deum et pars esset propter honorem consequendum: ergo etiam illa que totaliter esset propter deum esset melior illa que partialiter esset propter deum et partialiter propter honorem consequendum. Tertio operatio que fit propter amorem amicicie illius rei que super omnia talis amore amanda est simpliciter melior quam illa que partim fit propter amorem talem amicicie et parti propter amorem concupiscentie sed illa que est totaliter propter sit totaliter amore amicicie illius rei que super omnia amanda est et illa que partim fit propter deum et partim propter honorem consequendum partim fit amore amicicie et partim amore concupiscentie igitur. ¶ Quarto operatio que partim fit propter deum et partim propter beatitudinem non est ita laudabilis sicut illa que totaliter fit propter deum. ergo operatio que partim fit propter deum et partim propter honorem non est ita laudabilis sicut illa que totaliter fit propter deum. consequentia tenet quia beatitudo est longe excellentior finis quam ho

Opus factum propter deum tantum est melius quam propter simul factum propter deum et aliud

nor ergo si esse partim propter beatitudinē diminuat de bonitate operationis esse propter honorē multo magis diminuit: et antecedens videtur concessum ab omnibus theologis. et probatur adhuc quia amor amicicie dei simpliciter est melior q̄ amor concupiscentie eiusdem ergo esse tantū vel fieri propter deū amatū amore amicicie est simpliciter laudabilius q̄ fieri partim propter deū amatum amore amicicie et partim propter deū amatum amore concupiscentie. ¶ Quinto si aliqua operatio partim fit propter deū et partim propter honorem constat q̄ quāto magis et fit propter deū et minus propter honorē meliorabitur, et quāto magis propter honorem et minus propter deū deteriorabitur vt clare patebit si continue augeatur volitio vnius finis et diminuatur volitio alterius aut simpliciter aut in hoc quod est esse causam illius. verbi gratia volo q̄ hec operatio sit propter deum et propter honorē in principio istius hore et continue per hanc horā fiat magis propter deū et minus propter proximum et in fine sit propter deū tantū cōstat q̄ cōtinue augetur bonitas istius operationis. ergo si cetere cause sint omnino pares sequitur q̄ in fine erit multo melior. Similiter si continue in sequenti hora minus sit propter deum et magis propter honorē, constat q̄ continue minuetur eius bonitas ergo in fine erit etiā minus bona q̄ prius et per consequens illa que est propter deū tm̄ est simpliciter melior q̄ illa q̄ est partim propter deum et partim propter proximum. Confirmatur volo vt dictum q̄ in principio huius hore sit aliqua operatio que fiat propter deum et propter honorem et continue minus fiat propter honorem et magis propter deum vsq̄ ad finem hore et in fine hore sit totaliter propter deum per sequentem horam incipiat esse propter deū et propter honorem sic q̄ fiat ascensus in hoc q̄ est eā esse propter honorem et descensus in hoc q̄ est eam esse propter deū ita q̄ in fine istius hore sit eodē modo propter deum et propter creaturam sicut erat in principio hore precedentis tunc constat vt dictum est in precedenti q̄ per primam horā ista operatio cōtinue fit et melior et per secūdam continue diminuetur in bonitate omnis bonitas que est terminus ad quē ascensus in bonitate et terminus a quo continui descensus in bonitate est maior q̄ bonitas que est terminus a quo eiusdem ascensus vel terminus ad quē eiusdē descensus sed bonitas operationis que est propter deum tm̄ est terminus ad quem ascensus dicti et terminus a quo descensus supradicti et bonitas operationis propter deū et honorē simul est terminus a quo ascensus et terminus ad quē descēsus ergo in operatione q̄ ē propter deū tm̄ est maior bonitas q̄ in illa q̄ ē propter deū et honorē simul.

Bonū argumētum

¶ Septima conclusio magnanimus catholicus nisi ad hoc aliqua circunstantia aliter cogat inclinatur honorem cōtempnere. probatur q̄ sic q̄ inclinatur in omni operatione sua operari et nō propter honorē inclinatur honorē contempnere. sed magnanimus catholicus inclinatur omnē operationem suā facere propter deum et nullam propter honorem nec totaliter nec partialiter nisi ad hoc cogat aliqua circunstantia igitur minor probatur quia magnanimus ex magnanimitate sua inclinatur ad ponendū magnitudinē et excellētiā in operatione sua etiam maiorē q̄ potest. Sed catholicus magnanimus scit q̄ operatio sua erit multo excellentior si fiat propter deū tm̄ q̄ si fiat propter deum et honorē simul igitur et dictū est nisi aliqua circūstantia aliter cogat si enim exercitiū virtutis vel proprie vel aliene exigeret vt appeteretur honor aut aliq̄ alia cā rōnabilis sic pōt magnanimus propter honorē partialiter vel non vltimate operari. Secundo deus in rōne finis amatus amore amicicie multo magis excellit honorem q̄ honor excellat laudationem vel bona fortune, sed ma-

Magnanimus īclinatur honorē cōtempnere.

uanectensium episcopo qui vt habetur in legenda sua ideo non est datum ei pati pro Christo quia timuit inter minas persequentium fidem et fugit ergo ex contrario actu potest quis mereri vt patiatur pro Christo. ¶ Tertio potest quis mereri continentiam et castitatem ergo etiam potest quis mereri pro Christo, consequentia ista videtur nota. Et antecedens probatur quia potest quis orare deum vt det sibi castitatem et ad preces et ad orationes suas potest ei deus eam dare, aut viriliter etiam certando contra temptationes incontinencie que omnia legitur fecisse beatus Thomas de aquino et multi alii sancti. ¶ Quarto Paulus orauit pie et perseueranter vt pateretur pro christo et oratio sua audita est a domino ergo paulus meruit vt mereretur pro christo. ¶ Ad hanc rationem respon-

arg. altis.

det Altissiodorensis quod si Paulus oraret dominum vt daret ei pati pro Christo, aut non oraret competenter, aut de constantia habenda in martirio intelligeret et non de ipsa passione. ¶ Ista responsio satis

Z altissio.

tamen michi videtur extranea, et maxime propter fundamentum in quo videtur eam fundare quia scilicet passio siue martirium est prima virtus et constantia non videtur nisi quoddam augmentum. Et ideo martirium non cadit sub merito, sed bene constantia in martirio Ideo Arguitur sic. Pro illo possumus preces rationabiliter fundere quod nobis orantibus potest deus dare et concedere. Sed pati pro nomine Christi et primas gratias et primas virtutes potest deus nobis orantibus concedere et dare ergo pro his rationabiliter possumus preces fundere. Minor probatur. Nam in oratione dominica oramus vt faciamus voluntatem dei quod est primum in omni virtute. Dicimus enim Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. ¶ Confirmatur quia ecclesia orat vt det nobis spem fidem et caritatem que sunt prime virtutes et non solum vt det nobis perseuerantiam. ¶ Confirmatur secundo quia orare possumus deum vt det nobis castitatem et pro ea consequenda debemus ieiuniis vigiliis operi et lectioni iugiter intendere non quod speremus non eam posse consequi exercitio huiusmodi rerum, sed quia horum contemplatione et intuitu speramus quod diuina largitas nobis eam concedet vt vult Cassianus collatione duodecima. Ex quibus concludit quod pro perpetuitate eius indefessis orationibus instare debemus. ¶ Tertio ibidem Cassianus aperit modum perueniendi ad perfectam puritatem castitatis scilicet inflammari desiderio castitatis totam puritatem suam diuine largitati tribuere, ieiuniis, vigiliis operi, lectioni, ac orationibus iugiter intendere, Sed constat quod iste non est modus perueniendi effectiue et causaliter ergo est modus perueniendi tantum meritorie. ¶ Quinto ad principale bonum omne quod potest a deo mere liberaliter dari nobis, potest a deo nobis dari tanquam merces et premium actuum nostrorum bonorum, sed pati pro Christo et quelibet virtus potest nobis dari a deo mere liberaliter ergo etiam potest nobis a deo dari pro nostris bonis actibus et per consequens possumus talia mereri. Maior probatur quia deus est mere liber non solum in dando bona sua: sed et etiam in modo dandi et maxime si ille modus non sit sibi repugnans: sicut dare necessario aut dare dependenter ergo in mera libertate sua est dare ea vel mere liberaliter vel pro bonis actibus nostris. Et si Arguas contra istam rationem retorta eadem maiore sic subsumendo: sed primam gratiam deus potest mere liberaliter dare ergo primam gratiam potest deus nobis dare pro meritis nostris. ¶ Ad hoc Respondetur quicquid sit de conclusione illata quia de ea videbitur soluendo argumenta contra conclusionem. ¶ Dico tamen quod consequentia non valet et quod dialeticus diceret quod in argumentis est

manifeste fallacia figure dictionis qr mutatur quid in quale. eo q hec prima gracia non tantum significat graciam. Sed significat gratiã aliqualiter se habentem scilicet ante quam nulla licet ergo illã gratiam possit deus dare nobis pro bonis actibus nostris, non tamen quando est prima quia si datur pro bonis actibus nostris eam precesserunt boni actus nostri. Sed actus nostri non fuerunt boni nisi deus nobis aliquã gratuitam contulerit. & eã precessit aliq gratia ergo nulla gratia que datur nobis a deo pro bonis actibus nostris est prima gratia. ¶ Secũda cõclusio. Multi sancti martires meruerũt passiões suas Probatur quia multi sancti martires habuerunt feruẽtissimũ zelum fidei, et solacium prestiterũt patiẽtibus pro christo & frequenter deprecati sunt deum vt daret eis pati pro christo. Et propter hec omnia aut aliqua eorum, deus dedit eis pati pro christo igitur multi meruerunt passiones suas. Secundo arguitur auctoritate inducta ante oppositũ. Ad idem potest applicari auctoritas post oppositum inducta q datum est sanctis pati pro christo vt vult Apostolus ad Phil. et hoc don est prima gratia ergo datũ est eis pro meritis suis. ¶ Ad hec omnia respondet. Altissiodorẽs. q iste auctoritates non cõcludunt nisi q aposto. digni fuerunt dignitate meriti non quidẽ pa-

altissio-dorensis vbi supra

ti sed habet e in passione constantiam. Et similiter illa auctoritas est dicit intelligendo est de constantia habita in passione. ¶ Cõtra hanc solutionem possũt fieri replice que posite sunt in precedenti conclusione Specialiter tamen sic arguitur aut apostolus Petrus & nero ex equo se habuerunt quantum ad dignitatem et indignitatem pati contumeliam pro xpõ aut nõ. nõ est dicendum q sic quia nimis durum videretur q aliquis qui tot sudores & labores et tam feruentem zelum habuerit pro defensione legis xpi nec dignior nec minus indignus est pati pro christo q ille qui semper christum & legem eius persecutus est. Si non aut ergo petrus est dignus et nero indignus et tunc habetur intentum aut petrus et nero indigni sed petrus minus indignus q nero. Et tunc arguitur sic q Petrus sit minus indignus q nero non est hoc nisi aut ex bonis actibus Petri aut ex actibus malis neronis. Si ex malis actibus neronis, ergo Petrus ex bonis actibus suis redderetur dignus. q si nõ oportet dicere q Petrus habuit malos actus. sed quia nõ fuerunt tam mali q mali fuerunt actus neronis: ideo petrus non est tam indignus q nero. Si dicatur q ex bonis actibus petri. Tunc sic Per quoscumq actus tollitur paulatim indignitas ad aliquid per eosdem frequenter repetitos ponitur dignitas ad illud. sed per bonos actus Petri tollitur. indignitas respectu huius quod est pati pro christo ergo per bonos actus frequenter repetitos ponitur dignitas respectu eiusdem Quod si dicatur q Petrus et nero nec digni sunt pati pro xpõ nec indigni sũt contrarie licet indigni sint negatiue: ergo Petrus et Nero ex equo se habent ad dignitatem et indignitatem respectu huius quod est pati pro christo, quia nullus ẽ dignus nullus etiam est indignus capiendo indignum contrarie sed sunt eque indigni capiendo indignus negatiue, et ita per malos nullus indisponit se ad hoc q patiatur pro christo, et per bonos actus nullus se disponit ad hoc q pro christo patiatur. ¶ Secundo argumentum fundatum in secunda auctoritate scilicet in auctoritate. Apostoli ad Phil. equaliter concludit de voluntate patiendi sicut de constantia in passione. Patet sic voluntas patiendi pro christo est data a deo et non tanquam prima gracia cum

huiusmodi voluntas sequatur graciam aliam datã a deo que partialiter et speciali quodam mõ huiusmodi voluntatem effecit ergo huiusmodi voluntas data est a deo pro meritis equaliter enim concludit de ipsa passione sicut de constancia in passione ergo vel non concludit de constancia vel concludit de ipsa passione. ¶ Tercia conclusio. Multi sancti martires non meruerunt passiones suas. Probatur quia multi sancti martires passi sunt antequam haberẽt vsum rationis ergo tales non meruerunt passiones suas. Antecedens cum consequentia nota sunt. ¶ Secundo deus est liberalissimus dator qui in dando a nullis causis dependet ergo sicut pro actibus bonis potest dare alicui q patiatur pro Christo ita et potest dare et de facto dat et dedit illud multis sanctis martiribus mere liberaliter & sine quibuscũq bonis actibus. Ex his patet quid sit dicendum de questione in primo sensu. Pro secunda autem sit. ¶ Quarta cõclusio. Passio martirum non est debita peccato originali. Probatur quicquid est debitum peccato originali illud est commune omnibus qui nascendo peccatum originale contraxerunt, sed passiones martirum non sunt communes omnibus qui peccatum originale contraxerunt ergo passiones martirum non sunt debite peccato originali. ¶ Quinta conclusio & et si mors martirum non sit debita peccato originali secundum q per tales passiones et a causa extrinseca illata, est tamen debita peccato originali secundum q est anime a corpore dissolutio. Primum probatur quia si sic sequeretur q omnes per consimiles passiones ex vi peccati originalis deberent & obligati essent mori, sed consequens est falsum cum non omnes sic moriantur. Secundum patet quia ex peccato originali omnes subditi sunt legi mortis & necessitati moriendi ergo mors martirum secundum q est anime a corpore dissolutio est peccato originali debita. ¶ Secundo nullum malum impunitum est pena legis diuine sed secundum legem diuinam mors est pena peccati originalis ergo peccatum originale est punitum in beato laurentio morte, sed constat q non nisi morte accelerata et per grauissimas passiones illata quia nullam aliam mortẽ passus est ergo tali morte peccatum originale in beato Laurentio punitum est, sed constat q non est punitum ea secundum q per tales passiones illata ergo punitum est ea secundum q est dissolutio anime a corpore. ¶ Sexta conclusio. Multi martires de meritis actualibus passiones suas demeruerunt. probatur multi martires fuerunt q fecerunt malos actus pro quibus deus voluit q eis multi cruciatus infligerentur vt liberius et celerius martirii palma potirentur ergo multi martires demeritis actualibus passiones suas demeruerunt.
¶ Septima conclusio. Multi martires de meritis actualibus passiones suas non demeruerunt. Probatur primo de illis qui nondum vsu rationis suscepto martirium susceperunt. Secundo probatur de illis qui ante martirium sanctissime vixerunt et adhuc in hac sanctitate vite se ieiuniis, laboribus, vigiliis, orationibus, continuis affligerunt, talibus enim nõ fuerunt passiones propter demerita illate. ¶ Octaua cõclusio. Passiones martiribus quadruplici de causa illate sunt scilicet, aut probationis, aut emendationis, aut glorie dei manifestande gratia. Probatur ex tot causis possunt inferri passiones martiribus ex quot tribulationes hominibus augendo gloriam patiẽtis, sed ex huiusmodi causis cõmuniter inferũt tribulatiões hominis igitur. Minor patet de pñia de Abraham Job et multis sanctis qui vt probarẽtur

Dic ... vbi sup.

argum... vbi sup.

multas et varias tribulationes passi sunt. Patet etiam per illud quod in Deuteronomio legitur. Et recordaberis cuncti itineris illius per quod adduxit te dominus deus tuus quadraginta annis per desertum vt affligeret te et temptaret vt nota fierent que in tuo animo versabantur. Utrum custodires illius mandata an non. ¶ Tertio per illud Psalmiste probasti me ad aquas contradictionis. ¶ Quarto per illud domini ad Job. An putas me tibi aliter locutum quam vt apparens iustus. Pro secundo parte probatur primo per illud Multe tribulationes iustorum interdum enim vt inquit Cassianus Iustos pro paruis et leuibus delictis humilians varijs temptationibus tradidit eos humiliet. ¶ Secundo per illud. Fili noli negligere disciplinam dei neque fatigeris cum ab eo increparis, quem enim diligit dominus corripit, flagellat enim omnem filium quem recipit. Tertio per illud apocalipsis Ego quos amo arguo et castigo. Quarto per illud ysaie corripe nos deus verum tamen in iudicio et non in furore tuo. Pro tertia parte probatur per illud euangelii. Neque hic peccauit neque parentes eius, sed vt manifestentur opera dei in illo. Secundo per illud Infirmitas hec non est ad mortem: sed pro gloria dei quia secundum quantitatem passionum augetur gloria et merces patientium et inde est quod qui maiora et grauiora passi sunt Illi tamen gloriosiores ab ecclesia venerantur. Ad gloriam autem dei est cum hee passiones immittuntur ad multiplicandam fidem et augendam christianam religionem. Ex his patet responsio ad questionem. ¶ Contra primam conclusionem. Arguitur sic, Nulla virtus

Arg. altissiodo. vbi supra.

cadit sub merito: sed passio martirum est virtus ergo non cadit sub merito. Maior probatur. Nulla prima gratia cadit sub merito: sed tantum augmentum gratie, sed omnis virtus est prima gratia ergo nulla virtus cadit sub merito. sed tantum augmentum virtutis. Secundo nullum malum est premium bonorum operum quia premium bonorum operum debet esse bonum, sed passio martirum et mors eorum est acerbissimum malum ergo non cadit sub merito. ¶ Tertio nichil quod est supplicium demeriti est premium bonorum operum sed in omnibus martiribus mors est supplicium et pena peccati originalis et in multis cruciatus et tormenta sunt pene peccati actualis ergo in nullis sunt premia bonorum operum. ¶ Ad primam negatur maior. Ad probationem dico

G quod gratia accipitur dupliciter. Uno modo pro quolibet dono gratis dato Alio modo pro dono gratum faciente. Si accipitur gratia secundo modo sic ego nego quod prima gratia

Oppositum huius partie probat maior. 4. sententiarum distinct. 3.

non cadat sub merito. Nam et Cornelius et Augustinus precibus et orationibus primam gratiam meruerunt, Cornelio enim dictum est Corneli exaudita est oratio tua. Et de Augustino patet ex legenda sua et multi etiam meruerunt primam gratiam in parentibus et cognatis vt Martinus in matre et beata Agatha in marito et fratre. Similiter lapsus in peccatum mortale per attritionem meretur sibi gratiam restitui. Si autem accipiatur gratia primo modo tunc concedo antecedens quia nullum opus humanum est bonum nisi ad ipsum concurrat aliqua specialis motio dei que motio dei est donum gratis datum. Et ideo prima motio vel primum donum gratuitum non cadit sub merito quia non est meritum nisi aliquod donum tale precesserit. ¶ Ad secundam concedo maiorem de malo quod non est bonum. Et ad minorem dico quod passio illa cum sit pro Christo est

H malum pene sed est excellens bonum virtutis habet enim huiusmodi passio duo, vnum quod sit afflictiua aliud quod pro Christo tolleretur. Ex meritis ergo bonis interdum contingit quod hoc afflictiuum pro christo tolleretur. ¶ Ad tertiam nego maiorem et dico quod huiusmodi passio et mors martirum habet duo scilicet quod sit afflictiua et quod sit pro Christo tollerata. Et ideo secundum quod afflictiua potest esse supplicium demeriti et secundum quod pro Christo tollerata potest esse meritorum merces et premium. ¶ Contra quintam conclusionem Arguitur sic.

Argu. altissio. vbi supra.

Omnis mors hominum qui peccato originali fuerunt infecti est pena peccati originalis, sed mors martirum talibus passionibus et a causa extrinseca illata est huiusmodi mors, ergo mors martirum talibus passionibus inflicta est pena peccati originalis. Secundo beatus Laurentius aliquam mortem ex peccato originali debitam soluit, sed non soluit nisi mortem tam grauibus passionibus inflictam igitur. Tertio ista propositio non valet. Peccatum originale punitum est in beato Laurentio morte accelerata et acerba quia mors accelerata et acerba debebatur peccato originali Antecedens probatur a simili. Non sequitur peccatum mortale punitur pena contritionis, ergo pena contritionis debita est pro peccato mortali quia peccato mortali debetur pena eterna, non temporalis tamen dominus commutat penam eternam in temporalem ne peccatum remaneat impunitum. ¶ Ad istas rationes. Ad duas primas concedo conclusiones illatas quia sunt mere cathegorice et non specificatiue nec contradicunt conclusioni que specificatiua est et non mere reduplicatiua. Nam iste multum differunt Johannes baptisatus dampnatur, et Johannes secundum quod baptisatus dampnatur. ¶ Ad tertiam opinio Altissiodori est quod mors martirum que scilicet est cum vehementibus passionibus non debetur peccato originali, quia peccato originali tantum debetur mors que prouenit ex necessitate moriendi Martirum autem mors non prouenit ex necessitate moriendi sed est causa extrinseca illata. ¶ Ista opinio michi videtur difficilis ad intelligendum. Neque possum bene videre quomodo A altissio.
peccatum actuale vel originale puniatur aliqua pena que nec in se nec in equiualenti sit ei debita, quemadmodum pena minor est debita peccato in equiualenti cum eidem peccato est debita pena maior. Ideo respondeo ad rationem negando antecedens scilicet quod illa consequentia non valeat accipiendo consequentia mere in sensu cathegorico. ¶ Ad probationem nego assumptum. Et respondeo dupliciter. Primo quod pena contritionis debetur peccato mortali actuali vel in se vel in equiualenti quia in pena eterna que equiualet omnibus peccatis temporalibus. ¶ Secundo respondeo quod peccato mortali viatoris debetur distinctiue pena duplex scilicet eterna et contritionis et quam diu est viator sufficit soluere vnam. I
¶ Si autem non soluat penam contritionis quamdiu est viator tunc quia iam impossibile est eam soluere ideo tenetur simpliciter secundum legem ad penam eternam. Et si dicas quod secundum hoc ista non esset simpliciter concedenda peccator est dignus pena eterna quia peccator dignus duabus penis disiunctim est obligatus ad nullam earum simpliciter. ¶ Respondeo quod ad quamlibet earum est in solidum obligatus sed soluta vna absoluitur ab altera. Soluta enim pena contritionis secundum legem misericordie dei absoluitur a pena eterna et preter hoc adhuc quamdiu non conteritur in via simpliciter concedendum esse videtur quod est obligatus ad penam eternam quia quamdiu est in via et non conteritur cum possit conteri censetur nolle conteri et per consequens censetur teneri et obligari ad penam eternam. ¶ Aut tertio. Respondeo et melius credo quod pena eterna est debita peccato mortali, est tamen in potestate eius qui peccauit vt

faciat eam non esse debitã, sed pro ea faciat penã te-
poralem in se debitam peccato mortali, cum scilicet
volũtate efficaci vult cõteri de peccato suo, et ita nũ-
quam punitur peccator pena que nõ sit peccato suo
debita. ¶ Contra Sextam conclusionẽ arguit sic Job nõ
arg. altissiodo. vbi supra. est demeritus meritis actualibus passiones suas er-
go nec martires. Antecedens probatur Job non de-
meruit tantam penam quam passus est igitur Ante-
cedens patet per illud eiusdẽ. Non eque iudicia agis
mecum. ¶ Secundo per illud eiusdem. Utinam pecca-
ta mea appenderentur in statera et cetera vbi expres-
se vult Job ꝙ pena sua est maior quam demeritũ suũ
¶ Ad hanc rationem potest responderi primo negã-
do consequentiam quia multi martires multo plus
peccauerunt quam Job Ideo multis martiribus po-
tuit infligi pena grauis in supplicium demeritorũ
que Job ideo fuit inflicta nisi probationis vel glorie
sue augende causa. Et ad ꝓbationem ꝙ vt vult Alti-
siodorẽ. dicunt aliqui ꝙ Job in illis verbis pecca-
uit; sed postea penituit sed hoc est falsũ quia circa prin-
cipium dicitur. In omnibus his nõ peccauit Job la-
bijs suis. Et ideo respondet aliter quod cum Job di-
cit non equo iudicio contendis mecum ipse intelligit
non equo iudicio quantũ ad merita mea sed equo ꝙ-
tum ad dei iudiciũ. Quod si altisiodorẽ. intelligat
quod iudiciũ dei in penis infligendis est duplex. Unũ
est punitiuum atque castigatiuum et tale sumitur per
comparationem ad demerita. Aliud est ꝙ nõ est pu-
L nitiuũ sed fit aut probationis; aut glorie augende
aut glorie dei manifestande aut exempli causa. et tale
est equũ iudicium et tamẽ non est per cõparationem
ad demerita sumptum. Si inquam hoc modo intelli-
gat placet opinio eius. Et ad confirmationẽ huius cõ-
sequenter addit: vtinam appenderentur peccata mea i
arg. altissio. vbi s. statera et cetera. ¶ Contra quartam conclusionem
arguitur sic. Nulla pena temporalis est grauior mor-
te; sed mortis penam deus infligit pro peccato origi-
nali, ergo et quamlibet aliã penã etiã martiribus in-
fligit pro peccato originali, et per consequens passio
martirium est peccato originali debita. ¶ Ad hanc
rationem. Respondet Altisiodorensis ꝙ tanta est
pena dominus infligere potest pro peccato origina-
li de iusticia. Unde non posset infligere quantũ licet
M penam pro originali, quantã tamẽ posset. ipse nouit
Credimus tamen quod non posset tantam quantam
Job sustinuit. ¶ Aliter tamen dico quod licet mors
sit inter omnes penas tẽporales cuius ipsa nõ est pa-
maior pena. Tñ aggregatũ ex morte et grauissimis eam
cruciatibus est maior pena quã mors, et qr mors sẽp soluit
pro peccato originali, ideo pro eo alie pene nõ soluuntur.
Neque enim pro eo infliguntur.

Queritur Utrũ passiões sancto-
rum sint vite eterne meritorie? Arguitur ꝙ
nõ qr passiões sũt eiusdem rationis in ra-
tionabilibus et irrationabilibus. Sed in irrõnabilib⁹
nõ sũt meritorie vite eterne. ergo nec in ratõnabilib⁹.
In oppositũ. arguitur scdm ꝓsalmistã. Mors sanc-
torũ preciosa est in conspectu dñi, sed hec non ẽ ꝓ-
pter tp̃ale p̃miũ ergo hoc est ꝓpter p̃mium vite eterne.
¶ Circa hanc questionẽ. Opinio altissiodorensis est
ꝙ passiones sanctorũ nõ sũt meritorie vite eterne nec
faciunt dignũ vita eterna. Quia quãuis subiaceant
altissio. quodã modo libero arbitrio qr si vellẽt negare xp̃m
nõ paterentur; tamen nõ sũt ex libero arbitrio tanq̃
opus eius imo a causa extrinseca et corruptiõe corpo-
ris procedunt. Ista opinio non videtur michi vniuer-
saliter vera. Ideo dico ꝙ duplices sũt passiões: quedã sũt voli-
te a nobis; aliq̃ sũt q̃ nõ sũt volite a nobis. Exemplũ

ꝓmi vt cũ q̃s desiderat pati vt per huiusmõi passiones pu- N
niantur delicta sua. Et per hoc liberetur a pena fu-
ture vite. Exemplum secundi vt cum quis vult confi-
teri fidem non obstante circumstantiis grauissimorum
cruciatuum et mortis. Exemplũ aliud vt si tẽera Au-
cta fuisset corruptis passio illa corruptionis non fuis-
set ab ea volita. Circa primas passiones habet vir
bonus triplicem volitionem vnam circa id quod est
finis harum passionũ. Uult enim liberationem a fu-
turo supplicio. Aliud est circa ipsam passionem vult
enim ipsam passionem volitione propter hoc vt Ari-
stoteles tertio ethicorum non volitione simpliciter.
Habet tertio volitionem circa equanimitatem in tol-
lerando quia vult non deneg vera dignitate homi-
nis propter tollerantiam huiusmodi passionum. In
alijs autem passionibus non sunt nisi duo volita.
Habetur enim volitio actus cui non obstante presen-
tia passionum volumus incumbere, habetur secũdo
volitio equanimitatis in tollerando huiusmodi pas-
siones sed non habetur volitio huiusmodi passionis
sicut volunt prepositiuus et altissiodorẽsis. Tunc sit
prima conclusio. Omẽs predicte volitiones nate sũt
esse eterne vite meritorie, probatur quia omnis actus
intrinsece bonus secundum se vel secundũ similem in
specie natus ẽ esse eterne vite meritorius, quia omnis
talis natus est elici a caritate, sed omnes huiusmodi
volitiones sunt bone ergo nate sunt esse eterne vite
meritorie. ¶ Secunda conclusio. passiones martirum
pro christo caritatem habentiũ que sunt ab eis voli-
te non sunt intrinsece eterne vite meritorie, probatur
quia vt nunc supponitur actus exterior non est intri-
sece bonus, sed tantum extrinsece scilicet a bonitate
actus interioris sed huiusmodi passiones sunt actus
exteriores igitur. Tertia conclusio, passiones huius-
modi sunt extrinsece meritorie vite eterne, probatur.
Omnis actio vel passio volita recte rationi confor- O
mis quam eliciendo vel sustinendo intendimus nos
conformare recte rationi et vitam eternam mereri ẽ
meritoria vite eterne si fiat vel sustineatur ab haben-
te caritatem sine qua non est meritum vite eterne sed
huiusmodi passiones sunt volite conformiter ad
rectam rationem, et eas sustinendo intendimus
nos recte rationi conformari et vitam eternam me-
reri igitur. ¶ Dicitur autem in maiore volita
propter passiones non volitas, dicitur quam eliciẽ-
do vel sustinendo quia actus interior bonus nõ, dẽo-
minat quemlibet actum exteriorem sibi conformẽ bo-
num moraliter quia non denominat actum creature
irrationalis licet (etiam sit sibi conformis) bonũ, pu-
ta recta ratio dictat ꝙ bonũ est asinum facere sedita-
tem suam extra ecclesiam et percutiat ira iudicans asi-
num vt egrediatur ecclesiã; ille egressus asini et ster-
coratio extra ecclesiam est cõformis recte rationi, qr
tamen asinus ita faciendo non intendit se conforma-
re recte rationi. Ideo actus eius non est bonus mora-
liter. Similiter si dictet ratio ꝙ lapis propter cultũ
diuinum est quadrandus quadratio passiua non est
secundum ꝙ huiusmodi bona moraliter, quia lapis
non intendit per hanc quadrationem se conformari
recte rationi. ¶ Quarta conclusio passiones sancto- P
rum non volite nec intrinsece nec extrinsece sũt meri-
torie, patet quia nichil est meritorium nisi sit volun-
tarium, sed huiusmodi passiones nec intrĩsece nec ex-
trinsece sunt volite ergo huiusmodi passiones nec ex-
trinsece nec intrinsece sunt meritorie. Secundo Ta-
les passiones non sunt recte rationi ipsius sustinẽtis
conformes ergo nõ sunt bone moraliter et per con-
sequẽs nec meritorie, antecedẽs ꝓbatur qr nulla recta
ratio dictabat lucie ꝙ deberet sustinere corruptio-

nem corporis licet recta ratio bene dictabat ꝙ mi-
nus erat fugiēda hmōi corporis corruptio quā ab
negatio fidei, dictabat etiā recta ratio lucie qd si
ꝓpter fidē inferret sibi corruptio corporalis integrita
tis, quod ipsa debet seruare equanimitatē mentis
nec propter hanc a vera hominis dignitate deficit
¶ Quinta conclusio. Sustinentia hmōi passionum
nec intrinsece nec extrinsece ē meritoria, probatur
qꝛ tollerantia hmōi passionum non est plus volita
quam ipsa passio oīs volens sustinere aliquā pas-
nem vult modo, volēdi talem passionē ergo in qui-
bus passio non est volita nec ipsa sustinentia pas-
sionis est volita. ¶ Scdo aliquas tales passiones
nolle sustinere est virtuosum ergo aliquas tales vel
le sustinere est viciosum, ceteris paribus remanenti
bus ergo sustinētia respectu talium non est merito-
ria vite eterne, aūs patet. ¶ Nam erat in lucia vir-
tuosum nolle sustinere corruptionem integritatis
corporalis ergo ipsa nunꝙ voluit sustinere corru-
argumē- ta altissi odorē.
ptionem integritatis corporalis. ¶ Tertio eadem
est virtus ꝛ discretio oppositorum liberalitas enī est
in nō dare non dāda, sicut in dare danda ergo etiā
eadē patientia est in sufferendo sufferēda ꝛ non suf
ferendo non sufferenda sed multe tales passiones
non sunt sufferende ergo virtus que est circa eas nō
est in sufferendo sed in non sufferendo, minor patet
de illis que sunt in honeste ꝛ turpem exitum habēt,
in quarū sufferētia dicit altissiodorēsis. non consiste
re virtutem sed in recusando eas, et in hoc prepositi
Pposit⁹ altissio- dorensis vbi s.
tiuū sequitur. Ita dicens Solutio sicut prepositiu⁹
distinxit quedā sunt passiones que scdm naturā su-
am in turpem vergunt exitum sicut violenta corru
ptio virginitatis violenta penalis susceptio cum
quis cogitur adorare ydolum. Alie sunt passiones
que scdm naturam sup inducunt honestatē vel vtili
tatē sicut flagellorum susceptio pro fide xpi, dicimus
ergo cū ꝓpositiuo qd patiētia duos hꝫ vsus scꝫ suf-
ferre sufferenda ꝛ respuere respuenda licet nō sit no
approba tur dictū ppositi ꝛ altissio dorensis
minata nisi scdm alterum istorum. ¶ Unde concedi
mus quod in predicto casu non meret sancta lucia
ex sufferentia passionis sed recusatione ꝛ rebella-
tione ꝛ ita non ex voluntate non patiendi sed ex vo
luntate nō patiendi merebatur. ¶ Istud dictum est
est multum rationabile, sed iudicio meo potest addi
adhuc vnū membrū diuisioni scilicet ꝙ quedā sunt
passiones que nec honestatem nec vtilitatem habēt
nec etiam exitū turpem, sicut cū quis patitur flagel
la pro fide xpi nec sit iperat per hoc cōuersionē ho-
minum aut aliquā aliud qꝛ forte patitur in loco secreto
nec per hoc magis defenditur fides quam si non pate
retur eo ꝙ nō esset sibi ꝓposita patiēdi ꝯditio, ꝛ ita
lib⁹ potest velle sustinentiā passionis, potest etiam
nolle, dum tn̄ semper magis velit fugere negatio-
nem fidei quam tollerantiā passionis non tn̄ placet
michi quod idem doctor concludit ꝛ in eadem que
stione frequenter repetit nisi accipiat sustinentiam
ꝓ actu interiori scilicet pro volitiōe qua volo pas
sionem tollerare propter deum. Nec video aliter
quomodo differant passio ꝛ tollerantia passionis
Q
nec video possibile esse quod aliquis nollit pati fla
gella vel mortem et tamen velit sustinentiam flagel
lorum et mortis. ¶ Sexta conclusio velle minus fu
gere huiusmodi passiones quam ydolatriam aut
negationem fidei est eterne vite meritorium maxi-
me si sit ab habente caritatem. ¶ Patet quia huius-
modi velle est actus conformis recte rationi dictā-
ti quod minus male semper est minus fugiendum.
¶ Septima conclusio non fugere huiusmodi passio
nes cum proponuntur in comparatione ad ydola-
triam vel negationem fidei vel iniusticiam est me-
ritorium vite eterne, probatur quia tale nō fugere
est sub ordinatum bone volitioni et meritorie ergo
est meritoriū vite eterne extrinsece licet nō intrinse
ce et hoc forte intelligebat altissiodorēsis cū dicebat
ꝙ sustinentia hmōi passionū erat vite eterne merito
ria ꝛ nō ipse passiones. ¶ Contra tertiā cōclusionē
arguitur sic, hmōi passiones nō sunt ex libero arbi
trio tanꝙ opus eius immo procedūt a causa extrin
seca et ex corruptione corporis ergo non sunt meri
torie vite eterne. ¶ Secūdo dolor ex presētia ignis
aut vehementia ictus causatur mere naturaliter si
cut ꝛ labor ex opere predicationis ꝛ fatigatio ex o-
pere peregrinationis ergo ista nō sūt in libera po
testate facientis ergo nō sunt meritoria vite eterne
¶ Tertio sustinere passionē est meritoriū ergo susti
nere maiorē passionē est magis meritoriū sed conse
quens est falsum igitur. Minor probatur. Volo ꝙ
duo velint sustinere penas eiusdē quantitatis vn⁹
tamen ex minori caritate alius ex maiori. Tunc sic
Ille qui vult sustinere penā tante quātitatis ex me-
iori caritate magis meretur ꝛ tamē minus patitur
ergo minorē penam sustinet ergo nō est verū quod
sustinere maiorē penā semper sit magis meritoriū. argumē. altissio- dorēs vbi supra.
¶ Quarto. Volo ꝙ aliquis propter demerita duca
tur ad patibulū et quod etiā sacerdos quod in
remissionem peccatorum volūtarie ꝛ equanimiter
sustineat penā ꝛ opprobriū suspēsionis tūc sic talis
sustinētia est volita et tamē non est meritoria vite
eterne. Tum primo quia nō est satisfactoria p pec-
catis suis quia alias statim euolaret ad celū. Tum
secundo quia siue velit nolit sustinet hmōi passionē
Tum tertio quia ille qui est in purgatorio quāuis
velit pati vt citius euolet ad celū tamē patiēdo nō
meretur quia velit nolit patitur. Ad primā dico qd
aliquid dicit opus liberi arbitrii q̄drupliciter. vno R
modo tanquā elicitum ꝛ sic nō valet cōsequētia qꝛ
tunc nullus act⁹ alterius potētie a volūtate est nec
intrinsece nec extrinsece meritorius vite eterne. Se
cundo tanꝙ imperatum ꝛ hoc tripliciter vno modo
tanꝙ imperatum vt fiat et de tali nego etiam conse
quentiā. Alias enim tollerātie passionū que secun-
dum naturā suā honestatē habent vel vtilitatē non
essent meritorie vite eterne cui⁹ oppositū dicit idez
altissiodorensis cuius ratio hic soluitur. ¶ Tertio
modo tanꝙ imperatū vt sustineatur. Quarto mō
tanꝙ imperatū vt nō fugiatur dico ergo ꝙ ad hoc
ꝙ aliquid dicatur opus liberi arbitrii sufficit ꝙ sit
volitio ꝙ cōtingit si imperantur fieri vel sustineri
Si autem imperantur vt nō fugiantur quia cū hoc
stat ꝙ nō sint volite ideo etiā stat ꝙ nō sint merito-
rie. Nō fugere tamē eas quod est actus imperatus
est meritoriū vite eterne. ¶ Ad secundam cōcedo an
tecedens ꝛ nego cōsequētiā quia licet nō sit in libe-
ra potestate merentis vt causa applicata non agat
eo ꝙ naturaliter agit quia tamē est in libera ei⁹ po
testate vt causa nō ponatur ideo est simpliciter con
cedendū ꝙ ꝛ labor et dolor et defatigatio sunt in S
potestate merentis. Ad tertiam posset faciliter di-
ci ꝙ ꝯñs nō valet eo ꝙ stare potest ꝙ ferens paruā
penā sponte nō fert maiorē nisi inuite. Sed qꝛ hoc
non euacuat difficultatē Ideo dico ꝙ aliqua pena
potest dici maior pena quā altera quadrupliciter
vno modo cōparando penam ad penā absolute sic
cut ieiunium triū dierum est maior pena quā ieiunii quo mō vna pena est maior altera.
vnius vel quā pere. rinatio vnius hore. Secun
do modo comparando penā ad suscipientem sicut
ieiunium vni⁹ diei est maior pena colerico quā fleg
matico. Et hoc tripliciter quia vel maioritas illa

prouenit ex bonis aut malis naturalibus vel for-
tuitis. Exemplum primi sicut colerico ex cōplexione
sua magis penale est ieiunare per vnum diem quā
flegmatico. Exemplum scd'i sicut regi propter copi
am diuitiarū min⁹ penale est dare tria quā vetule
pauperi ꝓpter paupertatē suā aut prouenit maioritas
illa ex bonis et malis moris, ex bonis sicut haben-
ti multā intensā caritatē aut habitū tēperantie mi-
nus penale est ieiunare per tres dies quā hos habi
tus nō habenti aut habēti sed minus intensos. Ex
malis habēti habitū auaricie intensissimū magis pena
le est dare tria quā talem habitū malū nō habenti.
Ideo ad argumentū concedo ꝙ sustinere maiorem
penā libere et spōte maioritate sumpta ex cōpara-
tione pene ad personā suscipientis ꝓueniēte ex bo-
nis vel malis naturalibus vel fortuitis sed non ꝓ
uenienre ex bonis aut malis moris est magis merito
rium ꝙ sustinere et morē ceteris paribus. Non ex
bonis q2 nulli sua strenuitas obesse debet. Nō ex
malis q2 nulli sua malicia debet prodesse. Argumē
tū aūt procedit de bono moris scz de bono carita-
tis et ideo non cōcludit. ¶ Ad quartā dicit altissio
ren. ꝙ sustinentis pene nō est meritoria plene libe-
rationis licet valeat sustinēnti. Hec solutio non mi

Cōtra altissiodoren. libro 3° tractatu de 7°. capt° de con tepenitentia mo.

chi satisfacit. Tum q2 si valeat sibi adminutionem
pene cū pena nō sit infinita sed finita tunc posset tn̄
itēdi hec volitio et diutini possent circūstantie peti
ꝙ valeret ad plenā liberationē. Tū scd'o q2 possibi
le esset quod nō sciret se ad iudicatū morti et ideo in
tali casu tn̄ valeret et actū oīno mere libere poterē.
Et ideo dico ꝙ vel talis scit se irreuocabiliter adiu
dicatū morti vel non. Si nō eodē modo dicēdū est
ac si nō esset adiudicatus. Si sic aut talis in actu ex
teriori habet circūstantiam iudicii pro obiecto q2
scilicet videt se nō posse euadere mortē propter iudi
ciū factum vult de necessitate virtutem facere et tol
lerare penam cui adiudicatus est equanimitatem
seruare et hoc est multum meritorium licet non va-
leat ad remissionem totalem illius pene que voli-
tionem mere liberam et talem circumstantiam non
habentem posset totaliter dimittere ymo etiam p ali
quanto minorem penam. Et in hoc casu bene dicit

maior pena nō tm̄ liberat ꝙ minor.

altissiodoren. Et ideo scd'm eum non valeat ista con
sequentia Iste sustinet penam iniunctam et minor
illi sufficeret ad plenam liberationē ergo per istam
penam plene liberatur quia non sustinet volunta-
te plena libera. ¶ Aut in actu interiori non habet
huiusmodi circumstantiam pro obiecto, aut si ha-
bet gaudet eam habere et sibi placet huiusmodi cir
cunstantia vt digne puniatur in eo delictum quo
legem trāsgressus, et liberetur totaliter a pena cui
est per hanc transgressionem obligatus. ¶ Est in
isto casu videtur michi quod non est minus merito
ria. Et ad primam probationem dico quod si non
habeat aliud peccatum statim euolat ad celum.
¶ Ad secundam probationem dico quod licet velit
nolit sustineat tamen ita vult sustinere in isto casu
ac si in potestate sua esset non sustinere. ¶ Ad terti-
am dico quod ille qui est in purgatorio extra statū

argumētū altissiodorēsis vbi sup.

merendi. Et ideo siue pati possit siue non non mere
tur per illam passionem, quia tn̄ a pena cui erat
obligat⁹ patiendo liberetur. ¶ Cōtra quartam et
quintā conclusionem arguitur primo argumento
post oppositum. Secūdo arguit gaudendū est sā
ctis de suis passionibus et nō propter vtilitatē alte
quā tēporalem ergo ꝓpter vtilitatē eterne vite ergo
huiusmodi passiones sunt eterne vite, antecedens
probatur primo per illud iacobi Omne gaudium exi
stimate fratres cū in varias temptationes incide

ritis ergo cum passiones martirū sint grauissime
temptationes sequitur quod de hmōi passionibus
est sanctis gaudendū. ¶ Tum secūdo per illud actū
ibant appostoli gaudētes a cōspectu cōsilii quoniā
digni habiti sunt pro nomine ihesu contumelias
pati. ¶ Tum tertio per illud appostoli ad philipen
ses. gaudete quia datum est vobis nō solum vt cre-
datis in eū sed etiā vt patiamini ꝓ eo. Tertio sancti
meruerūt aureolam martirio suo, aut ergo volun
tate patiendi aut ipsa passione. Non volūtate pa
tiendi quia ipsam volūtatē habebāt ante martiri-
um et tamē nō merebantur aureolam. Tum etiam
quia in casu nō habēt voluntatē respectu hmōi pas
sionum quia cōclusio expresse posita est de passioni
bus nō volitis ergo martires aureolā meruerūt ip
sa passione martirii. ¶ Quarto omnis passio que
est actus bonus et voluntarius recte rationi cōfor-
mis est meritorius, sed hmōi passio est actus bonus
cum ita patientes laudētur et voluntarius quia si
non vellēt nō paterētur igitur sūt meritorie. ¶ Quin
to tā actiones ꝙ passiones spirituales sunt merito
rie vt sūt amor, spes, gaudiū ergo et passiones cor
porales ¶ Sexto si beata Lucia fuisset corrupta fu
isset duplicatum meritū sue castitatis secūdū illud
ꝙ ipsa respondit tirāno Si inuitā me violaueris ca
stitas michi duplicabitur ad coronā, et hoc q2 meri
to castitatis additū fuisset meritū patientie sed cō-
stat ꝙ beata Lucia nō meruisset voluntate patien-
di corruptionē ergo meruisset ipsa passione corru-
ptionis. Minor patet quia tūc nō fuisset inuita cor
rupta. ¶ Ad primū respondet Altissiodorē ꝙ mors
sanctorum dicitur preciosa ratione sustinentie cui altissiodorensē.
ipsa mors est annexa frequēter enim vt dicit attri-
buitur passioni quod cōuenit motui cui passio est an
nexa, sed quia hoc est cōtra quintā conclusionē ideo
aliter dicendū est ꝙ mors sanctorū dicitur precio-
sa ꝓpter bonos motus et puritatē consciētie quam X
habēt sancti cū moriuntur ¶ Secūdo dico si aucto-
ritas intelligatur tantū de sanctis qui pro Christo
aut fide eius occiduntur tunc mors eorū preciosa dici
tur si sit ab eis ꝓpter aliquē causā rationabilē volita
sicut contingebat in apostolo cū dicebat, cupio
dissolui et esse cum Christo ꝙ si nō sit volita dicitur
preciosa quia preciosum est et laudabile minus fu
gere eā ꝙ ydolatriam vel aliud minus malū ¶ Ad
secundā dico ꝙ sancti est gaudendū de suis passio
nibus, tum primo si ꝓpter aliquā rationabilē cau
sam nō sint volite, tum q2 actus interior ꝯcomitāte
passione est meritorius alicuius premii cuius non
erat meritorius nō concomitante passione, tum ter
tio quia frequenter per actum patiendi augetur et
intenditur actus interior qui ꝓprie et per se est me
ritorius, tum quarto quia in presētia passionis fre
quenter multi boni motus et laudabiles habentur
qui sine eā nō haberētur. Tum quinto quia hoc qd'
est nō fugere passionē est laudabile et meritorium
saltē extrinsece. ¶ Ad tertiam dico ꝙ duplex est vo-
luntas patiēdi vna est imperatiua executionis for
maliter Et nō loquēdo de tali voluntate dico ꝙ cū
martir vult passionē suam ipsa volūtate patiendi
meretur aureolam quia omnē talē voluntatē cōco
mitatur passio. Alia est que non est formaliter im-
peratiua executionis et de tali voluntate cōceditur
ꝙ non meretur per eam aureolam sicut bene cōclu
dit prima probatio ¶ Ad secundā ꝓbationem dico
ꝙ in casu cōclusionis tales nō merentur voluntate
patiendi sed merētur aureolā aut voluntate defen
dendi fidem vel iusticiam non obstante circūstantia
passionis aut voluntate non fugiendi hmōi passio

Marti. de passionib⁹ gaudent.

nem per desertionē fidei vel iusticie formaliter ipe ratiua executionis hec solutio satis est cōformis solutioni altissiodorēsis iā dictis. ¶ Ad tertiū dico q̄ martires merentur aureolam volūtate patiendi et non ipsa passione. Sed distinguenda est du-
duplex volūtas. plex volūtas vna est precedens passionem. Alia cōcomitās voluntate prima nō meretur sanctus aureolam sed voluntate cōcomitante meretur q̄m efficatior est volūtas cōcomitans et strenuior propter operis excellentiā et priuilegiū. Et ideo aliquid per eam meretur quod non merebat ante passionem, sicut predicator in actu predicationis meret aureolā,
declaratio opinionis altissiodorensis. quā tū nō meretur si nō predicaret et hoc propter excellentiā et priuilegiū predicationis. Si ista opinio intelligat ad sensum iam dictū sc3 q̄ per voluntatem antecedentē intelligat volūtas non imperatiua formaliter executionis et per concomitantē intelligat volūtas vel volitio formaliter imperatiua executionis est vera. Si aūt intelligatur vt videnē sonare verba q̄ scilicet eadē voluntas siue scdm numerū siue scdm speciē sit primo preuia actui vel operi exteriori et postea sit coniuncta actui et per coniunctionē ad actum ipsa nec scdm speciem nec scdm intentionem mutata sit meritoria alicuius premii cuius ipsa prius non erat meritoria cuius etiam ipm opus non est meritoriū non videtur michi rationabiliter dictū nisi hoc totaliter attribueret institutione cause premiatiue et nō nature actuū cuius tū videtur oppositū dicere cum dicit q̄ hoc habet voluntas cōcomitans propter excellentiā et priuilegium operis. ¶ Dico ergo q̄ voluntas formaliter imperatiua executionis differt spem et merito a voluntate que nō est formaliter imperatiua executionis. Et ideo tali volūtate merenē aureolā et nō alia. ¶ Ad quartū cōcedo maiorē et nego minorē. Talis enim passio nō volita nec est actus bonus nec volūtari⁹. Et ad probationē cū dicit si nō vellent non paterentur Dico q̄ ista ppositio est trūcata et ad eā respōdendū diuersimode fm q̄ diuersimode pficī potest vno mō pōt sic perfici si nō vellent pati non paterētur. et sic ego nego q2 de facto ita est q̄ nō volūt pati et tū patiūtur. Alio modo sic q̄ pro constructibili ponatur terminus significans rem principaliter volitā puta iusticiā vel fidei defensionē vel aliquid simile ita q̄ sit sensus si nō vellent fidei defensionē vel si non vellent minus fugere passionem q̄ negationem fidei non paterentur et sic concedo. sed nego consequentiā qua infertur, ergo volūt pati, et cum dicit q̄ ita patientes laudātur, dico q̄ laudant nō propter passionē ipsam quā nō volunt sed propter multas alias causas quas assignamus cū ostendimus causas pp̄ter quas est eis esse gaudēdū ex passionibus suis. Ad quintū respōdet altissiodorēsis ne-
Solutio altissiodorensis. gādo ɔ̄siam q2 passiones spūales sunt voluntarie, sed nō passiones corporales, distiguit tū de passionibus spūalibus quedā sunt q̄ simul sunt passiones et actiones siue agēs vt amor vel q̄ simul illate sūt et inferūt. Illate quidē a deo et inferūt delectationē et iocūditatē, tales sunt meritorie suis motibus nō fm q̄ passiones sed fm q̄ actiones, sunt alie passiones q̄ pure passiones sunt vt suauitas ɔscientie iocunditas mentis et tales non sunt meritorie q2 licet subiaceant libero arbitrio non tamē sunt opus liberi arbitrii imo dulcedo vel causa est illarum, sicut dulcedo causata ex gustu mellis non est a gustu sed a melle. Ista solutio non michi placet quia
Falsitas solutionis. siue passio sit passio tantum siue simul sit actio et passio ip̄a tamen est voluntaria et meritoria vel demeritoria dum tamen ipsa secundum se vel secundum suas causas proximas sit in potestate voluntatis immo secundum aristotelē secundo ethicorū omnis virtus est circa delectationes et tristicias et tamē cōstat q̄ cause delectationis naturaliter causant eam nec in potestate voluntatis est q̄ oppositis causis delectationis nō poñat delectatio. Ideo aliter dico ad argumētum q̄ si antecedens intelligatur vniuersaliter falsum est sicut enim passionū corporalium alique sunt meritorie et alique nō ita et passionū spiritualiū tristicia enim prouenieus ex passione corporali non volita nō est meritoria sicut nec ipsa passio corporalis et delectatio mētalis p- Solutio auctoris. ueniens ex corporali passione nō volita nō est meritoria. ¶ Ad sextū concedo maiorem. habuisset enim meritū castitatis, habuisset propterea velle minus fugere corruptionē corporis q̄ fidei habuisset pre- Ratio q̄re duplicata fuisset corona sua. terea meritum recusationis corporalis corruptionis et cū dicis q̄ nō meruisset voluntate patiendi cōcedo assūptū et nego cōsequentiā quia multis aliis volitionibus vel nolitionibus meruisset scilicet nō patiendi, preferendi fidē corruptōi corporis ¶ Contra sextam et septimā cōclusiones arguitur sic. Sustinere hmōi passiones nō meritoriū vite eterne ergo nec fugere hmōi passiones est meritoriū vite eterne. Antecedēs est notum ex cōclusione quinta et pro batione cōsequentie supponitur q̄ tota causa propter quā hmōi sustinentia nō est meritoria est quia non est volita. Contra sic bene sequitur Tu negabis fidem vel sustinebis acerbissimā mortē sed non negabis fidem ergo sustinebis acerbissimā mortē sed añs est a te volitum ergo et ɔ̄ñs et per consequēs tu vis sustinere mortē acerbissimā ne fidem neges Secundo bene sequitur Tu nō fugies mortē ergo sustinebis mortem sed antecedens est a te volitū ergo et cōsequens. Tertio secūdum aristotelē que per violentiam fiunt sunt magis volita q̄ nolita quia ad talia mouemus potentias organicas quarum motus est in potestate nostra sicut patz de proiicientibus merces in mare ergo licet ad talia violentemur hoc tamē non impedit quin sint volita. Quarto volitio cōditionata sufficit ad meritum et demeritū sicut ad tristicias et delectationē sed in martiribus fuit volitio conditionata respectu sue passionis. Si enim non poterāt euadere negationē fidei aliter q̄ patiendo volebant pati ergo in eis erat volitio passionis sufficiens ad meritum et per cōsequens passio ipsa erat sufficienter volita vt esset meritoria. ¶ Ad primū negatur cōsequentia et ad probationē cōcedo assūptum q̄ bene sequitur. Et cum dicis q̄ antecedens est a te volitum negatur, licet enim vna pars antecedentis sit volita scilicet non negare fidem tamen altera nō est volita scilicet vel negare fidē vel sustinere mortem acerbissimam. ¶ Ad scdam nego añs scilicet q̄ bene sequatur. In multis enim antecedēs est verū scilicet in his in quibus nō est proposita cōditio supradicta et tamen cōsequēs est falsū. ¶ Et si dicas q̄ cōsequentia ē bona vt q̄ nūc scilicet referendo casu supradicto, dico dupliciter Primo q̄ dato q̄ ɔ̄ña sit bona et nūc scilicet posito casu et añs sit volitum quia tū casus ex quo partialiter dependet ɔ̄ña nō est volitus, ideo hoc nō infert ɔ̄ñs esse volitum Secundo dico q̄ in omni ɔ̄ña que nō tenet nisi casu posito propositio exprimens positionē casus est pars añtis, et ideo negatur q̄ antecedens sit volitum, q2 casus nō est volitus. ¶ Ad tertiam dico q̄ eorum que per violentiā fiunt quedā sunt que a nobis fiunt, alia sunt que nō fiūt a nobis sed respectu eorum nō habemus nos nisi passiue. Exemplum primi vt cū ad presentiā tēpestatis ꝓiicio merces

mare et de talibus concedo quod sunt volita. Alia autem respectu quorum non habemus nos nisi passiue sunt supplicia. quedam sunt quorum tollerantia potest a nobis esse rationabiliter volita. ut in punitione delictorum nostrorum possumus rationabiliter velle nos pati gravia supplicia. et si esset nobis certum aut verisimile quod patiendo et tollerando mortem pro fide augeretur notabiliter fides, possumus rationabiliter velle tollerantiam mortis, sicut christus voluit passionem et mortem suam. quia sciebat genus humanum esse per eam redimendo et talia possunt esse volita a nobis. Non est tamen necesse quod quotienscunque tolleramus ea quod ea velimus. Alia sunt quorum tollerantia non potest esse a nobis rationabiliter volita licet rationabiliter possumus velle ea non fugere sicut corruptio integritatis corporis non est a nobis volita. Aliquando enim conditio rerum est talis quod eam nolimus fugere quia non patet nobis per tunc via fugiendi eam nisi deserendo aliquid ad cuius conservationem magis tenemur. Et hec sunt que alussiodorensis et prepositinus dicunt habere turpem exitum. ¶ Ad quartam dico quod non omnes martires habuerunt huiusmodi volitionem conditionalem. sed multi habuerunt volitionem tantum circa fidei confessionem. non obstante circumstantia mortis proposite quam non erat nisi magis velle fugere negationem fidei quam tollerantiam mortis et quicquid sit de morte: tamen de passionibus que turpem exitum habebant hoc est magis manifestum.

dubium.

Sed circa materiam de martirio adhuc sunt duo dubia. Primum est utrum martirium sit de consilio aut necessitate precepti. Ad hoc dubium respondet quod martirium aliquando suscipitur ne quis contraveniat precepto. Aliquando vero obsequatur consilio. verbi gratia pro paupertate amplectenda aut pro virginitate servanda. Primo modo dupliciter. Uno modo ne contraveniat precepto negativo Alio modo ne contraveniat precepto affirmativo ergo hic precepitum affirmativum includens negativum, reputo negativum ut in precepto quo precipitur colere unum deum includitur non colere deos alienos. Tunc dico quod martirium susceptum ne quis contraveniat precepto negativo cum necesse esset aut eidem precepto contravenire. aut subire gravissimos cruciatus et mortem est de necessitate precepti. probatur quia quanta necessitate subimus preceptum tanta necessitate subimus id sine quo cadimus a precepto, sed in casu iam dicto sine martirio cadimus a

B

precepto ergo in tali casu martirium cadit sub precepto. Tunc enim quis obligatur ad martirium cum conditio rerum talis est ut vel ipsum subeundum sit, vel contraveniendum sit precepto ad quod pro tunc de necessitate salutis obligamur. ¶ Dico secundo quod martirium susceptum ne contraveniatur precepto affirmativo secundum illud quod affirmativum est in eo non est semper de necessitate precepti. probatur quia preceptum affirmativum non obligat pro semper sed tantum pro loco et tempore. Dixi autem secundum id quod affirmativum est in eo quia in multis preceptis affirmativis affirmatur unum et prohibetur sive negatur aliud ut in hoc precepto sabbata sanctifices precipitur opus sanctum et prohibetur opus servile, et quia horum unum est affirmatum et aliud negatum ideo in nulla parte diei dominice faciendum est opus servile licet in multis partibus possit quis ab opere sancto cessare. ¶ Tertio

C

dico quod huiusmodi martirium pro loco et tempore est de necessitate precepti propter quia pro loco et tempore obligat sub periculo salutis eterne. ¶ Quarto dico quod si violentiam intendat ut per hoc irritet preceptum ita quod faciat in contemptum precepti quod martirium pro eo susceptum est de necessitate salutis. probatur quia licet preceptum non obliget pro semper ad faciendum quod eo precipitur, tamen obligat pro semper ad non contempnendum ipsum ergo obligat pro semper ad non faciendum vel omittendum aliquid quod faciendum vel omittendum iubetur ut contempnatur et irritetur preceptum. ¶ Quinto dico quod si in observatione precepti verisimiliter insit utilitas tam magna ut equipolleat necessitati subire martirium est de necessitate precepti ut si per confessionem fidei non obstante circumstantia durissimorum cruciatuum verisimiliter una tota regio convertenda esset ad fidem ille cui probabiliter de hoc constaret teneretur ad confitendum fidem non obstante tali circumstantia, et per consequens ad subeundum martirium si esset sibi proposita denegatio fidei conditio ¶ Sexto dico quod martirium aliquando nec est de precepto nec de consilio sed potius cadit sub prohibitione. probatur si quis verisimiliter cognosceret quod manifestando se et palam fidem confitendo magnus populus nondum in satis fide firmatus desisteret a fide expectando item et differendo posset non solum istum

D

populum sed multos alios stabilire in fide Tunc recta ratio non dictaret tali quod deberet palam confiteri fidem et se exponere martirio: sed potius debet dissimulare paululum. Eodem modo videtur fecisse Paulus qui ne repateretur ad supplicium pro fide cesarem appellavit Eodem modo fecisse legitur multi sancti qui captivorum animos in agone pro fide dissimulato habitu confirmabant et roborabant. ¶ Septimo dico quod aliquando martirium est de consilio cum scilicet ad id nec necessitate, nec utilitate equipollente necessitati cogitur nec ab eo propter detrimenta inde secutura rationabiliter prohibetur istud satis patet ex dictis.

Dubium secundum Utrum martir qui duriter respondendo tiranno passionem et mortem accelerat peccet. ¶ Respondeo quod vel tirannus procedit ex simplicitate et ignorantia et quadam affectione ad patrum non legeo sed corruptionem et in tali casu decet martirem esse circumspectum ut potius utatur, et tentet instruere eum in his que sunt fidei et rationabilitate eorum sicut fecerunt multi martires qui aliquando ita fidem tiranno explicaverunt ut partim eruditione partim miraculorum evidentia converterentur ad fidem Si secundo modo tunc dico quod aliqua responsio vel propositio dicitur dura dupliciter. Uno modo quia nimia acuta ita quod acumine suo confundit adversarium quia confusione incenditur ad supplicium respondentis eo quod non potest huiusmodi responsionem ratione confutare. Et istic dico quod hoc modo martir non modo non peccat sed multum meretur et provocat non credentes ad fidem et in credentibus eam auget Secundo modo aliqua responsio dicitur dura quia tiranno non impenditur honor a martire, qui eidem a ceteris communiter impenditur Et hoc non videtur faciendum sine multa discretione et nisi postquam martir multipliciter temptavit revocare tirannum rationibus apertis et manifestis ab errore suo. Tertio modo aliqua responsio dicitur dura cum in ea ponuntur convicia et comminationes et reprehensiones varie de reprehensionibus ut fecit Johannes cum reprehendebat herodem propter herodiadem, de conviciis ut idem cum dicebat genimina viperarum quis vos liberabit a ventura ira ubi etiam comminatio posita est ¶ Item de comminationibus ut silvester tarquino pena mortis comminatus est Et huiusmodi reprehensione dura non videtur utendum cum nota est et manifesta pertinacia tiranni et totaliter desperatur

E

Nota quod preceptum affirmatiuum obligat semper

de conuersione eius ad fidem. Et adhuc consideran-
dum est si astantes ex talibus verbis duris offendãtur
ad fide excitant. Si verisimiliter offenderentur nõ
esset eis indulgendũ. Si aũt ad fidẽ excitarent, cũ etiã
valeant ad excitamentũ ꝛ confirmationẽ respõdẽ-
tis videtur melius eis vtendũ. Et si dicas ꝙ mollis
responsio frangit irã. Respondeo ꝙ in tali casu nõ
tm̃ ira frangẽda est sed etiam furor ꝛ pertinacia ꝙ
frangi nõ possunt molli respõsione. Similiter nõ so
lum attendendũ quomõ se dari possit tirãnis. sed
etiã quomõ melius ꝛ fidei ꝛ multitudinis saluti ꝯsu
letur, ꝛ sm̃ hoc vel molli vel dura respõsione vtẽdũ
Et hec de martirio dicta sunt ꝛ per ꝯñs vniuersali
ter de virtute fortitudinis ꝛ spẽbus eius. Nũc dicẽ
dũ est de vitiis oppositis per ordinẽ. Et primo.

Queritur. Utrũ caymotes sit vi-
tiũ magnanimitati oppositũ. ¶ Arguit
ꝙ nõ qꝛ scdm aris. quarto ethicoꝝ. Cay-
mus non est malus ergo caymotes non est vitium.
¶ In oppositũ arguit auctoritate eiusdẽ aris. loco
eodẽ qui hoc expresse diffinit. ¶ Notãdũ ꝙ sub for-
titudine ꝯmuniter dicta sicut ex supradictis appa
ret ꝯtinet fortitudo ꝓprie dicta, ꝛ magnanimitas
sub magnanimitate ꝯtinent, fiducia, magnificẽtia,
patiẽtia ꝛ humilitas. Nam de perseuerãtia ꝛ mar
tirio dictũ est ꝙ sub nulla virtute cõtinentur ꝛ ꝙ fa
ciũt gradus in virtutibus ꝛ ꝙ aris. nõ assignat inter vi
tia magnanimitati opposita nisi caymotẽ ꝛ pusil-
lanimitatẽ, extẽdenda videnf ista noĩa ad hoc ꝙ cõ
5 tineant oĩa vitia opposita spẽbus magnanimita-
tis. ¶ Notãdũ ꝙ ꝙ caymotes est suphabundãs ap
petitus honoꝝ. Ea autem ꝙ cõmuniter nata sũt ap
peti tãꝙ honorabiliora sunt in multiplici differen
tia. quedã sunt opa honesta ardua et magna. Alia
sunt res siue administrationes honorabiles cir-
ca quas hmõi opa honesta versanf. Alia sunt glo-
ria siue opiniones honorabiles ex hmõi honora-
tionibus causate. Alia sunt excellentie que oriuntur
ex bonis in hoibus existẽtibus. Alia sunt signa ope
rũ honorabiliũ ꝛ maxime benefactiuoꝝ vt genufle
xo laudatiua oratio siue soluta siue numerosa ima
gines primitas sedis et reliqua huiusmod. Circa
que omnia potest esse caymotes extenso noĩe. Unde
vera ei per se honorabilia sunt opera honesta ꝛ ha
bitus ex quibus cum bonis nature vel gratie huius
modi opera honorabilia procedunt. Et ideo reli-
qua omnia sunt appetenda per ꝯparationẽ ad hu
iusmodi opera honorabilia et per commensuratio-
nem ad ipsa. Honorabiles enim administrationes
sunt appetẽde secundum cõmensurationem bono-
rum nature vel gratie vel moris in nobis existenti-
um per que reddimur potentes tali administratio
ni satisfacere. Et ita suphabundat primo ĩ appetẽ
do qui appetit dignitates et administrationes vi-
res et facultatem suam excedentes quas scilicet nõ
potest bene et comode ꝛ ad vtilitatẽ publicã gerere
Scdõ cũ quis appetit hmõi dignitates quas licet
bene possit gerere ꝛ administrare, tamen honor di-
gnitati coniunctus notabiliter excedit qualitatem
persone, aut simpliciter sibi disconueniret si nõ no
bilis assumeret ꝛ sibi dignitatẽ vel officium quod
solũ nobilibus committi posset aut si laicus assumere
sibi dignitatẽ vel officiũ ecclesiasticũ vel ecõtra ꝙuis
in scdõ videreñ eẽ quedã spẽs pusillanimitatis. Ter
tio cũ quis non assumptus ad dignitatẽ vel officiũ
exercet sine legittima auctẽ actus illius, aut attri-
buit sibi honores et debitos vt simplex sacerdos vel
archidiaconus vsurparet vel officia vel sedem vel
aliquem aliũ in honorem episcopi. Et istis oĩbus
modis cõtingit dupliciter, vel quia talis siue quis
cunqꝫ deliberatione appetit et ꝓsequitur ista nec
multum cogitat aut deliberat vtrum possit satis-
facere. Aut vtrũ talia sint vel possent eẽ rationabi
liter debita vel de talibus deliberat, ꝛ estimat licꝫ
falsa ꝙ talia nõ excedũt facultatẽ suam. Et hec e-
stimatio aliquando est vincibilis aliquando non et
quomõcunqꝫ fiat semper erit caymotes secundum excessus ĩ
vnam specẽ eius que dicitur presumptio. Sed be- appetitu
ne verũ est ꝙ si error nõ sit vincibilis tunc presum- honoris
ptio illa non imputatur ad culpã. Ex quo patet ꝙ multi.
presumptio opponitur directe fiducie. Cõtingit ꝓ-
terea excedere in appetitu honoris ratione, finis
ratione medioꝝ ratione quãtitatis. Ratione finis
dupliciter. Uno modo quis facit honorem finẽ illa
rum rerũ que secũdũ rei veritatẽ debẽt esse finis ho
noris vt quia appetit res honorabiles non vt eas
bene administret nõ vt aliis prosit sed vt earũ asse- B
cutione honoretur. Secũdo modo cũ non refert ho
norem in finem in quem referendus est vt quis hono
rem sibi capit non referendo in deum sed totaꝫ glo
riam honoris sui vsurpando sibi. Ratione medioꝝ
vt cuꝫ quis largitionibus precibus, ambitu, ꝛ aliis
falsis modis hmõi honorabiles res sibi procurat.
Ex parte numeri vt cũ quis reperitur insatiabilis
circa hec ꝛ vno vel duobus habitis ad alia cupidis
sime inhiat. Constat enim talẽ superhabundare in
honoribus appetendis ꝛ eũ eẽ caymum secundum
illã spẽm caymotis que dicitur ambitio. Preterea
circa excellentie appetitũ cõtingit multipliciter sup
habundare. Uno modo cũ quis estimat se plus ex-
cellere. Et multipliciter. Uno modo cum quis esti-
mat se bona habere excellentia que nõ habet. Secũ
do modo cũ quis estimat se malis carere quibus nõ
caret aut ea non tãta habere quanta habet. Tertio
modo cũ quis sibi ex aliquibus bonis excellẽtiam multipli-
tribuit que non sunt nata causare excellentiam aut cit aliqs
saltem que non sunt nata causare excellentiam tã- caymus.
tam quantã se per hec habere putat. Quarto mo-
do cum nõ habet eo modo talia bona quomõ putat
se habere puta cũ nõ habet totaliter a se sed parti
aliter ab alio cum non ex meritis habet sꝫ ex dono
mere gratuito aut cũ habet ea defectibiliter ꝙ sta-
biliter se habere credit. Quinto modo cũ ex bonis
alicuius sibi excellentiam magnã tribuit vt qui ex
generositate aut diuitiis aut sapientia parentum
se excellentes maxime putant. Sexto modo cum ꝙs
ex his que nata sunt causare delectionẽ se excellen- D
tem esse putat ista autem excellentia potest appeti
dupliciter. vno modo absolute cum quis estimat se
esse magne excellentie. alio modo comparatiue vt
cum quis putat se alio excellentiorẽ eẽ ꝛ tũc ex om-
nibus ex quibus se excellentem putat ex eisdẽ con-
trario modo dictis estimat aliũ minus excellentẽ
ꝛ quomocũqꝫ hoc fiat causatur caymotes secundũ
specẽ illam que est superbia que quidẽ est cõtraria
humilitati. De inde habundat quis in honoribus
appetendis cum in ordinate fertur appetitus eius
is ea propter que honores appetuntur ꝛ que imme
diatissime excellentiã representant sicut sunt bona
openio et gloria. Propter hec enim appetuntur ho
nores vt habeatur bona opinio, vt quis appareat
gloriosus gloria autem ꝛ bona opinio immediate
representãt persone excellẽtiam. Et licet omnis ap
petens honores appetat gloriã quia propter glo-
riam ꝛ bonam opinionem secũdũ. Aris. secũdo rhe
torice. Honor est delectabilis nõ tamen inanis glo
ria est ambitio. Nam qui appetit gloriam per ho-

nores est ambiciosus qui autem non per honores sz modis qui infra dicendi sunt ille est inanis glorie re persus qui sibi se plus iusto excellere putat aut aliu superiorem vel equalem et interdum inferiorem inordinate estimat antecellere ille dicendus est superbus. Ex quibus omnibus patet differentia inter presumptionem ambitionem superbiam et inanem gloriam quam multam affinitatem inter se habere videntur adeo ut interdum confundantur ab auctoribus et alii pro aliis ponantur. Quot modis sit pusillanimitas ex opposito dicatur videbitur cum agetur de his vitiorum speciebus. ¶ Tunc sit conclusio responsiva. Caymnotes est vitium magnanimitati oppositum. Probatur quia magnanimus dignificat se honoribus quibus et per que quo modo et qualiter est dignus et propter finem propter quem dignum est se dignificare honoribus, sed omnis caymnus se dignificat honoribus vel quibus non est dignus vel non propter que vel non quomodo vel qualiter est dignus vel non propter finem propter quem oportet se dignificare honoribus ut ex deductione superiori latius patet ergo omnis caymnotes est vitium magnanimitati oppositum.

¶ Sed contra conclusionem. Arguitur primo ratione ante oppositum. ¶ Secundo sic summe appetere honorem non est vitium ergo nec caymnotes non est vitium. Consequentia tenet quia caymnotes consistit in summo appetitu honorum. Antecedens probatur nullus appetitus est malus qui nos vehementer incitat ad opera virtutum, sed summe appetere honorem nos vehementer incitat ad opera virtutum. Cum solis operibus virtutum debeatur honor igitur. ¶ Tertio. Non est vitiosum quod quis appetat honores quibus non est dignus ergo caymnotes non est vitium. Antecedens probatur quia quis rationabiliter appetit virtutes quas non habet: sed per huiusmodi virtutes fiet dignus honoribus quibus non est nunc dignus: ergo non est vitiosum quod quis appetat honores quibus non est dignus. ¶ Quarto nichil quod est ignorantia fit vitiose fit: sed caymnus ex ignorantia appetit honores quibus non est dignus cum de eo et de pusillanimo dicat aristoteles quod est insipiens. ¶ Quinto nullus vitiosus est dignus honoribus: sed caymnus est dignus honoribus cum secundum aristotelem aliquis non sit caymnus quia quis magnis dignus sit honoribus maioribus tamen se dignificat quam dignus sit. ¶ Sexto si caymnotes sit vitium vel est deterius quam pusillanimitas vel minus malum, non secundum patet per aristotelem qui expresse dixit pusillanimitatem esse deteriorem, nec primum quia caymnotes magis accedit ad superbiam et pusillanimitas ad humilitatem. Tum secundo quia caymnotes magis declinat ad iniusticiam scilicet ad depressionem aliorum. Tum tertio quia ut patet ex textu aristotelis caymnus est indignus honoribus et pusillanimus est indignus ergo caymnus est deterior pusillanimo. ¶ Ad primam dico quod malicia accipitur tripliciter. Uno modo pro iniusticia qua aliquis iniuriam affert alteri. Et hoc modo accipit aristoteles cum ait caymnum non esse malum quod patet ex causa quam assignat. Non enim malefactores. Secundo modo accipitur malicia pro vitio in gradu opposito gradui temperantie, et sic consummatus in caymnote est malus. Tertio modo accipitur malicia pro omni habitu inclinante in opus recte rationi difforme, et hoc modo caymnus est malus. Et ideo subiungit aristoteles. Non enim malefactores, peccantes autem.

¶ Ad secundam nego antecedens et ad probationem nego antecedens et dico ad opera virtutum possumus et bene et male incitari, bene cum incitamur ad ea vel propter deum vel propter honestatem operis, male cum incitamur ad ea propter honorem vel propter lucrum vel libidinem licet enim penitentia sit bona et ad eam nos peccatum incitet non tamen peccatum est bonum. Et ad minorem dico quod caymni magis appetunt apparere virtuosi quam esse. Et ad probationem dico quod licet honores debeantur solis virtuosis: tamen tribuuntur de facto non solum non virtuosis: sed etiam multis pessimis moribus infectis, lenonibus adulatoribus et personis ridiculosis etiam propter ipsa ridicula. ¶ Ad tertium dico quod licet non sit virtuosum ut quis appetat honores quibus non est dignus faciendo se dignum illis et ut habeat postquam fuerit illis dignus, tamen vitiosum est quod quis appetat habere honores quibus non est dignus etiam propter tempore pro quo non est illis dignus quod facit caymnus. ¶ Ad quartam nego maiorem de ignorantia crassa aut affectata si autem fiat ignorantia invincibili vitiosum est tamen non imputabile

¶ Ad quintam nego minorem. Nam cum non quolibet vitium cuilibet virtuti repugnet ideo stat aliquem esse vitiosum uno vitio et virtuosum virtute non repugnante illi vitio et ratione illius virtutis erit dignus honoribus, sed bene verum est quod non est virtuosus secundum quod dignus honoribus. Et ad minorem dico quod licet non sit caymnus secundum quod caymnus dignus honoribus, est tamen caymnus aliquis propter aliquam virtutem benefactivam quam habet honoribus dignus

¶ Ad sextam dico quod secundum. Aristoteles in quarto ethicorum pusillanimitas est deterior quam caymnos. Et ad primam probationem dico quod aliqua caymnotes bene est superbia, sed nulla pusillanimitas est humilitas quamvis aliquam similitudinem habeat. Avaricia enim magis accedit ad persimoniam quam prodigalitas et tamen avaricia est prodigalitate deterior. ¶ Ad secundam probationem dico quod licet caymnotes inclinet ad iniusticiam, tamen ipsa non est iniusticia sicut luxuria aliquem inclinat ad ydolatriam et tamen ipsa non est ydolatria. ¶ Ad tertiam probationem nego assumptum, seu bene verum est quod caymnus est indignus honoribus quibus se dignificat quia dignificat se maioribus quam dignus sit. Dico preterea quod dato quod caymnus sit indignus honoribus, et pusillanimus dignus, quia tamen non habet hanc dignitatem a pusillanimitate ideo nihil concludit sicut non sequitur ille iniustus est dignus honoribus quia habet aliam virtutem propter quam sit dignus. Iste bomolochus non est dignus honoribus ergo bomolochia est deterior iniusticia.

¶ Iam agendum est de speciebus caymnotis Et primo de presumptione.

Queritur primo Utrum Presumptio sit peccatum.

¶ Arguitur quod non. Non est peccatum tendere in ea que sunt supra se ergo nec presumptio est peccatum quia tendimus in ea que sunt supra nos. Antecedens probatur per illud apostoli ad phil. iii. que retro sunt obliviscens ad anteriora me extendo ¶ In oppositum arguitur per illud ecclesiastici xxxvii. O presumptio nequissima unde tantaes. Ubi respondit glosa de mala voluntate creature, sed omne quod procedit ex mala voluntate est peccatum ergo presumptio est peccatum. Notandum est quod presumptio est qua quis assumit sibi aliquam rem honorabilem facultatem suam excedentem. accipitur autem res honorabilis dupliciter. Uno modo pro dignitate honorabili arduam aliquam administrationem habente. Secundo modo accipitur pro honore aliquo magno vel actu honorabili. Primo modo contingit dupliciter quod res aliqua honorabilis facultatem excedat. uno modo ex parte administrationis sicut doctoratus theologie excedit facultatem grammatici vel dialetici quia purus grammaticus vel diale

[margin notes:]

argumenta burdiani quarto ethicorum questione 12

ad virtutes sepe male incitamur

presumptio quid est

inceptiones rei honorabilis

ticus non posset sufficere lecture theologice. Secūdo ex parte honoris sicut doctoratus ex pte honoris excedit facultatem laici etiam pliti in sacris litteris. Si autē accipiatur pro honore vel actu tunc etiā contingit psumere dupliciter sicut patuit in precedenti questione. ¶ Scdo Notandū q aliquādo aliquis presumit qui tamen non assumit aliquid quod facultatem suam excedat: sed ideo psumit quia non satis sibi cōstat quod illud quod assumit sit infra facultatem suā positum. Et ita quantū est ex modo assumendi presumit quia procedendo modo quo pcedit assumeret rē excedentē facultatē suam sicut non excedentē. Et huic simile est cum quis sine meditatione respōdet ad interrogata non curans nec sciens vtrū vere vel false respondeat. Talis enī licet aliquando verum dicat tū mentitur. quia non est sufficienter certus de eo quod affirmat. et si non fuisset ita sicut affirmat nichilominus eque affirmasset sicut affirmat. Anteq enī quis assumat vel procuret rē aliquā honorabilē debet diligenter considerare q administrationē habet z quibus opus sit ad eā bene gerendā z deinde debet considerare vires suas z videre si habeat omnia que requiruntur z sufficiūt ad administrationē talē bene gerendā z ideo qui deficit in hac consideratione et rem honorabilē non premissa sufficienti deliberatiōe presumit z assumit. ¶ Notandum tertio q preter quattuor modos psūptionis est adhuc vnus modus quo quis confidit se aliquā gravē administrationē bene gerere imo etiam quodcūq bonū opus facere sine fiducia diuini auxilii quia talis psumit de viribus suis z credit eas p se sufficientes vbi tamen per se sunt ineptissime z hec est sententia beati Thome. Et ideo inquit nō est psumptuosū si aliquis ad aliquod opus virtuosum faciendum tendat. Esset autem presumptuosū si ad hoc aliquis tenderet ab sed fiducia diuini auxilii. Nam secluso diuino auxilio no habentur oīa que requiruntur ad opus illud perficiendū. Et hoc ē pessimum genus psūptionis quod oēs virtutes pariter necat non enim est possibile in eo qui ita presumit eē aliquod bonum virtutis opus. Sed de hoc latius diximus cū agemus de superbia. Tunc sit prima conclusio. Ois presūptio est peccatum. pbatur omnis assumēs sibi aliquid vł aliquo modo quod vł quomodo recta ratio dictat non assumendū esse peccat. sed omnis psumēs assumit sibi aliquid puta dignitatem vel officium vł actum aut dignitatis vel officii quod recta ratio dictat non eē a se assumendū. Aut eo modo assumet quo modo recta ratio dictat non eē assumēdum puta vł sine sufficienti premeditatione vel sine confidentia diuini auxilii ergo presūptio est peccatum. ¶ Secunda conclusio. Presumptio simplex non est omnium peccatorum grauissimum. appello autē presumptionem simplicem eam qua quis sine multa pmeditatione assumit sibi aliquam rem honorabilē cui nō sufficit sed tamen sic assumendo nec est blasphemus in deū nec iniurius in proximum. Nam qui vsurpat honorem vel actū non sibi sed alteri debitū est iniurius in proximum qui autem bonum opus attentat sine fiducia diuini auxilii est blasphemus in deum probatur quia huiusmodi presumptio simplex non est tam vitiosa sicut pusillanimitas vt dicit Aristo. Tum secundo quia tales presumptuosi ideo presumunt quia ignorant aut vires suas aut rei suscepte gravitatem z difficultatem. et ideo Aristote. dicit eos ignātes. ignorant a sit qz nō considerāt. Tertio iste psūptuosus nō ē ita vitiosus sicut ambitiosus igitur añs pbat qz ambitiosus assumit rem honorabilē pter honorē nec multū curat de administratiōe cōmissa dignitati vel honori. Presumptuosus vero non assumit eam pter honorem z alitur quātum potest satisfacere administrationi q̄uis nō possit nec sufficiat. Et inde est q res publice frequent graviā detrimēta capiūt pter huiusmodi psumptionē eorū qui eis pferunt. Ideo difficile ē reperire psumptuosū qui nō afferat dampnū rei cui pfertur qz si res publica eū prefecit. aut habēs auctoritatē eius nec ipse intendit dampnū inferre sed vtilitatē: ideo non dicit pprie iniuriam facere. ¶ Cōtra ptimam cōclusionē. Arguit sic hoīes debēt appetere q supra se sūt ergo nō ē psūptio vitiosa quia que supra nos sunt appetimus. Añs pbatur p Aris. pmo ethicorum dicentē. Oportet autē non scdm suadentes humana sapere hoīem neq mortalia mortalē. sed inquātū cōtingit immortalē facere. Et pmo methaphisice dicit q homo debet se trahere ad diuina q̄ntū pōt sed immortalia z diuina sut sup nos igit. ¶ Secūdo qz vel homo debet reputare ea eē infra facultatē suā que potest mediāte speciali auxilio dei vel ea tm̄ que potest sine huiusmodi auxilio speciali si pmum tunc cū oia possit homo cū tali auxilio sequit q nichil debet estimare eē supra facultatē suam. Si secūdū tunc cum nullū bonū possit sine hmōi auxilio sequit q nullum bonū debet estimare eē infra facultatem suā. Et confirmat p illud Apostoli. ii. ad corintheos. x. Non sumus sufficiētes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis ergo nichil bonum cogitandum sufficimus ergo attentare aliquod bonū cogitare erit psumptio. ¶ Tertio opus virtutis pfecte est supra vires eius q non hz virtutē nisi impfectā sed habēs virtutē ipfectā potest appetere op9 virtutis pfecte. cū vnusquisq debeat semp proficere in melius ergo attentare aliquid supra vires suas nō semp est vitiosum. ¶ Ad primaz distinguitur antecedens quia aliquis dicuntur esse supra hominem dupliciter. Uno modo sicut res dicitur eē supra rem ratione dignitatis z grad9 altioris. Alio modo sicut opatio dicitur esse supra causam efficiētem. Primo modo res vna dicit esse supra aliam qz est dignior z excellentior z hoc modo possumus appetere res que sunt supra nos. nō quidē vt operemur eas sed vt operemur circa eas vt cognoscamus scilz z diligamus. Scdo modo res aliqua dicit esse supra nos sicut opatio dr eē s cāz efficiētē z sic illa dr eē supra nos q ē opatio quā viribus nris cū auxilio dei speciali quod scilz solet regulariter tribuere sic operantibus facere non possumus. z sic non debent homines appetere que supra eos sunt nisi ad hoc speciali instinctu aut reuelatione diuina moneantur sicut contingebat in apostolis et aliis sanctis qui in testimonium veritatis fidei mortuos suscitabant aut alia que tis miracula faciebant. et hec solutio satis conformatur solutioni Thome dicentis. Et secundum hoc dicit phus q oportet hominem se attrahere ad imortalia z diuina. nō quidē vt opet ea q decet deū facere sz vt ei vnia p intellectū z volūtatē. ¶ Ad scdm dico q bona opa q pōt facere mediantib9 virib9 suis z auxilio dei speciali q regulariter immittit talib9 et taliter opantib9 debet reputare eē infra facultatem suā. z etiā quib9 opandis se vel instictu diuino vel reuelatiōe diuina cōsidit liberaliter speciali9 auxiliū diuinū assuturū aut illa ad intercessionē suā deū eē facturum. Non enī psumpserūt sancti cum ea attentabant que non nisi diuina opatione fieri poterant. Et ad pbationem dico q non omnia potest homo cuz auxilio dei speciali quod regulariter immittit talibus z taliter operantibus. Quod si arguatur de auxilio speciali tunc oportet q habeatur vel reuelatio deo. vel quidam diuinus instinctus. ¶ Ad confirmationem cōcedo q si excludatur speciale auxilium dei q ad nullum bonum sufficimus. sed dico q sine presumptione at

Margin notes (left column): aliis modis psūptionis. — Tho. 2. 2. q. 130. ar. ii. in dispositione ad tertiū. — Differentia inter psumptuosum z ambitiosum.

Margin notes (right column): arg. tho. 2. 2. q. 130. ar. i. — oppositio tm̄ sancti Thome.

temptare possumus omne illud quod viribus nostris et speciali auxilio vel tali quale diximus perficere possumus. Et in hac solutione satis convenit cum Thoma dicens quod que per alios possumus per nos quodammodo possumus, et ideo quod cogitare et facere bonum cum auxilio divino hoc non totaliter excedit facultatem nostram. ¶ Ad tertiam dico primo quod maior est falsa loquendo de virtute morali. Nam nullo modo habens virtutem nec perfectam nec imperfectam potest ex arbitrii libertate et notitia rerum agendarum exire in actum perfectissime virtutis. Et ad minorem dico quod potest dupliciter intelligi. Uno modo sic quod aliquis possit rationabiliter appetere quod pro tempore quo habet virtutem imperfectam habeat opus perfectissime virtutis et in hoc sensu minor hoc falsum esse diceretur. Alio modo sic quod aliquis possit dum habet virtutem imperfectam appetere opus perfectissime virtutis: non quidem quod appetat exire in actum perfectum dum habet virtutem imperfectam: sed quia dum habet virtutem imperfectam appetit eam perfici et virtute perfecta in opus exire perfecte virtutis et hoc est verum. Et hec solutio concordat cum beato Thoma questione .cxxx. articulo primo in responsione ad primum. Sic etiam michi videtur esse presumptuosum quod aliquis existens in statu imperfecte virtutis attentaret statim assequi ea que sunt perfecte virtutis, sed si quis ad hoc tendat ut perveniat in virtutem perfectam hoc non est presumptuosum nec vitiosum. Et hoc modo apostolus se in anteriora extendebat scilicet per continuum profectum. Hec solutio pro secundo membro michi placet pro primo vero non sine difficultate est. Nam primum membrum ad intellectum beati Tho. videtur innuere duo. Primum est quod nullus existens in statu imperfecte virtutis potest statim attentare actum perfecte virtutis sine presumptione quod si intelligatur, verum non michi videtur verum nec historiis ecclesiasticis nec morali rationi consonum. Non quidem historiis ecclesiasticis cum legamus multos qui erant in statu imperfecto volasse ad heremum, aut religionem ingressos et vitam mirabilem duxisse et perfecta duxisse. Alios se pro fide Christi exposuisse martirio quod est opus excellentissime virtutis. Rationi morali, nam cuiuslibet virtutis moralis actus est in plena facultate liberi arbitrii adiuti specialiter a deo maxime supposita cognitione requisita ad actum illum, et quod habitus non facit ut liberum arbitrium possit quod primo non poterat licet reddat facilitatem et promptitudinem in operante ergo existens in statu imperfecte virtutis potest appetere opus perfecte virtutis. Tertio post habitum virtutis imperfecte generatur opus imperfecte virtutis et non per actus imperfectos ergo per actus perfectos ergo opus perfectum precedit habitum perfectum et opus perfectum habetur pro tempore pro quo non habetur adhuc nisi habitus imperfectus et non est presumptuosum universaliter quod aliquis habens imperfectum habitum attentet opus perfecte virtutis. Adverte tamen quod opinio Thome magnam apparentiam habet. Pro cuius intellectu dico primo quod regulariter et ut in pluribus contingit quod presumptuosum est quod habens habitum imperfecte virtutis attentet opus virtutis perfectissime, licet in paucis in quibus scilicet est speciale auxilium maius et efficacius, et quedam impulsio divina et instinctus de confidentia divini auxilii, hoc non sit presumptuosum. Dico secundo quod si opus illud sit opus administrationis et pertinens ad utilitatem publicam quod hoc est presumptuosum. ¶ Dico tertio quod si opus sit opus virtutis intellectualis sicut est opus predicationis aut lectionis quod hoc ut in pluribus est presumptuosum quia difficile est quod parum eruditus doceat et exponat res difficillimas. Dico quarto quod hoc veritatem habet cum sit attentatio operis quod cum difficultate gravi multam diuturnitatem habet ut annua tollerantia duri cruciatus. Si quis etiam habens virtutem imperfectam statim profiteretur durissimam religionem hoc non videretur presumptione carere nisi esset sibi instinctus divinus de confidentia divini auxilii.

Declaratio opinionis Thome

¶ Ex quibus patet quod regulariter et ut in pluribus habens imperfectam virtutem sine impulsione divina non debet attentare opus perfectissime virtutis. Potest tamen licet raro et extra casus dictos. ¶ Ad rationem ante oppositum de antecedente dictum est supra. ¶ Dico enim quod presumptuosum est tendere in ea que sunt supra facultatem nostram ad intellectum iam datum. Et ad Apostolum dico quod Apostolus non tendit in ea que sunt supra facultatem suam speciali auxilio vel adiutam sed bene tendit in anteriora id est in opera perfectiora et excellentiora quam erant ea quibus prius intenderat. Nec hoc est tendere supra facultatem suam. Sed est usus facultatis sue excellentior et melior quia ut supra dictum est oportet quod actus excellentiores habitus precedant ipsum habitum loquendo de habitibus acquisitis, alias numquam posset quis proficere de gradu in gradum virtutis. Licet enim tale opus excedat gradum habitus tamen quia tale opus est in plena facultate liberi arbitrii specialiter adiuti etiam sine quocumque habitu perfecto vel imperfecto ad quod tamen habitus imperfectus disponit et inclinat licet imperfecte, ideo simpliciter concedendum est illud opus non esse supra facultatem operantis.

Queritur secundo utrum presumptio opponatur magnanimitati secundum excessum. Arguitur quod non quia si sic sequeretur quod aliquid esset oppositum presumptioni quod opponeretur magnanimitati secundum defectum sed consequens est falsum igitur. ¶ In oppositum arguitur. Presumptio opponitur magnanimitati et non secundum defectum ut ex dictis patet ergo secundum excessum. Notandum quod presumptio accipitur dupliciter uno modo generaliter pro quocumque actu vel habitu quo assumitur aliquid honorabile sive magnum sive parvum facultatem assumentis excedens aut ut facultatem assumentis excedens. Secundo modo accipitur presumptio pro actu vel habitu quo assumitur aliquid multum honorabile facultatem assumentis excedens aut ut huiusmodi dico autem aut ut facultatem et cetera propter eum qui assumit aliquid quod in rei veritate non excedit facultatem eius sed tamen assumens credit quod facultatem suam excedat aut saltem non est sufficienter certus certitudine morali quod facultatem suam non excedat. Quilibet enim talis licet assumat rem que non excedit facultatem suam sic tamen assumit eam ac si excederet facultatem suam excederet nichilominus tamen eam assumpsisset. ¶ Prima conclusio, presumptio primo modo dicta non opponitur adequate magnanimitati, probatur quia presumptio illo modo dicta continet sub se presumptionem oppositam magnanimitati et presumptionem oppositam modestie sicut enim in appetitu maiorum honorum aligitur presumptio ita et in appetitu parvorum, hoc tamen differt quod rectus appetitus honorum magnorum et parvorum non est nominatus uno nomine sed diversis, primus enim dicitur magnanimitas, secundus modestia. Inordinatus tamen appetitus tam maiorum quam parvorum honorum uno nomine notatus scilicet nomine presumptionis et ideo presumptio opponitur adequate alicui communi magnanimitati et modestie. ¶ Secunda conclusio, presumptio secundo modo dicta opponitur magnanimitati secundum excessum, probatur. Omnis magnanimitas inclinat ad appetendum magnos honores qui censentur esse intra facultatem ipsius appetentis sed presumptio inclinat ad appetendum magnos ho

nores qui nesciuntur esse infra facultatem appetentis hoc est superhabūdare in appetendo ergo p̄sūptio hoc modo dicta opponitur magnanimitati sm̄ excessum. minor istius rationis satis patet ex his que supra dicta sunt et intelligenda est ad sensū supradictum. nec tamen intelligo quod presumptio isti opposita magnanimitati sc̄dm omnē ambitū sui: sed tantum proprie secūdū speciē illā magnanimitatis que est iudicta. ¶ Sc̄do posset probari inductiue per des-

Excedentes appetitu honoris.

species presumptiois: constat enī quod ille qui appetit res honorabiles habentes administratioē aliquam vires suas excedentē excedit in appetendo honores. Similiter ille qui appetit res honorabiles habentem honorē excedentē conditionem persone appetentis: excedit in appetendo honores magnos. Siā qui appetit honorem vel opus alicui rei honorabili preparatum que non est sibi adhuc cōmissa quamuis etiaʒ dignus sit vt sibi cōmittatur excidit in appetēdo honorem. Similiter ille qui appetit rem honorabilē vel honorem quo nescit se esse dignum excedit in appetēdo honorem. Deinde ille etiam q̄ appetit rem aliquā cuius ex viribus suis credit sufficere excedit in appetendo honorem quia talis directe et precedenti peccant cōtra fiduciam quia talis aliqualiter putat se dignū

a qualiter nō est dignus quia putat se etiam nō specialiter adiutum dignum ⁊ ipse nō specialiter adiutus non est dignus. ¶ Tertia cōclusio. Omnis presūptuosus peccat ignorans probatur: ois presūptuosus putat rem quā appetit esse infra facultatē suā aut nescit eam eē supra facultatem suam que tamen secundū rei veritatē est supra facultatem suam ergo o ps presūptuosus est peccans ignorās. ¶ Sc̄do ois presūptuosus vel credit facultatē suā eē maiorē quā sit vel rem honorabilem quā appetit eē minorē quā sit. Minor quidē aūt in administratione aut in honore aut de facto caret deliberatione ⁊ inquisitiōe qua cōpet vere rem quaʒ appetit ad vires suas. Sed ois talis peccat ignorās igitur. Et si dicas q̄ aliquis est presumptuosus qui appetit rem honorabilē quam scit excedere vires suas. Et quam scit se nō debere appetere ergo aliquis est presūptuosus nō ignorans. ¶ Ad hoc r̄ndeo quod si aliquis appetat rē honorabilem cui se nō posse sufficere iudicat. ipse nō appetit eā ratiōe administrationis neq̄ propter dignificat ea sed eam appetit rōne honoris ānexi ⁊ ita est magis ambitiosus q̄ p̄sumptuosus. Et si dicas q̄ talis appetit eā vt exerceat se i opibus ad que nō sufficit adhuc ⁊ se exercitādo fiat sufficientior ⁊ cū hoc tū ipse iudicat q̄ non debet appetere q̄ plures detrimētū patiūtur propter insufficientiā ¶ Ad hoc r̄ndeo q̄ talis p̄sumptuosus raro ⁊ in paucis reperitur. conclusio aūt que posita est cōformis ad

Ois p̄sūptuosus ignorans

doctrinam arist. veritatē habet vt in pluribus sicut ⁊ reliqui sermones vniuersales ad quos vt determinat aristo. libro primo ethicorum nō exigitur necessaria veritas sed sufficit q̄ vt in pluribus veri sint. probatur p̄terea conclusio per arist in quarto ethicorum dicētem caymi aūtē insipientes et seipsos ignorantes ex hoc manifestum vt enī digni existentes ad honorabilia conant̄ deinde redarguūtur. Vbi Eustracius insi-

Eustraci9

pientes aūt manifeste seipsos ignorantes sūt. p̄dicāt enim vel in mediū ferūt ipsorū insipientiam conantes ad ea que honorabilia quorum nichil ipsis inest propter q̄d ⁊ velociter manifeste sūt. Ex quibus verbis apparet q̄ caymi ⁊ ignorātes sūt ⁊ insipientes: aut vt vult alia trāslatio dementes q̄d idē ē q̄ dementia ē ignorātiā suā i publicum afferre q̄d faciūt caymi. pusillanimi aūt ignorantes sūt sed nō insipientes propter contrariam causā dicente de pusillanimo Aristo. sed et ignorare seipsum. appeteret enim quibus dignus erat bona

existencia. nō tamen insipientes videntur esse sed magis pigri. ¶ Quarta conclusio. Et si non omnis presumptuosus maiorem honorem appetit q̄ magnanimus. Omnis tamen presumptuosus superhabundantius appetit q̄ magnanimus. Probatur prima pars. Volo q̄ sint duo inequales notabiliter in facultate ⁊ viribus ⁊ aliis bonis que possunt esse principia arduarū operationū ⁊ tū appetant aliquam rē honorabilem habentem difficilem administrationem q̄ nō excedat facultatē vnius ⁊ tū excedit facultatē alterius. Tunc sic. Maiorū vnus ē magnanimus ⁊ alius est presūptuosus et tamen ambo equalem honorem appetūt ergo presumptuosus non semper appetit maiorē honorem q̄ magnanimus. ¶ Secunda pars. Probatur nullus magnanimus appetit rē honorabilē supra vires suas existentem. Sed omnis presūptuosus appetit rem honorabilē supra vires suas existentē ergo ois presūptuosus superhabūdantius honorē appetit quā magnanimus. Secundo in omni presūptuoso est superhabundantia appetitus rerum honorabiliū sed in nullo magnanimo est superhabundantia appetitus rerum

y honorabiliū igitur. Vnde multū differt dicere iste appetit maiorem honorē quam ille et iste superhabundātius appetit honorē q̄ ille. In prima enim istud comparatiuū maiorē non dicit cōparationem honorū appetitorū ad facultatem appetētiū sed tm̄ cōparationem honoris appetiti ab vno ad honorem appetitum ab alio. Sed in secunda hoc aduerbiū superhabūdantius non dicit cōparationē vnius honoris ad aliū sed tantū dicit cōparationem ⁊ proportionem ipsorum honorum ad facultates appetentium ⁊ significat q̄ honor appetitus per istum magis excedit vires suas quam honor appetitus per illū excedat vires illius ¶ Quin-

f ta conclusio. Et si presumptuosi vt in pluribus sint superbi potest tamen reperiri sine superbia presumptio. Pro ista conclusione est aduertendum quod ad magnanimum pertinet comparare vires suas ad rē honorabilem assumendā ⁊ si cōparatione debite facta inueniat q̄ nec ex se nec ratione alicuius circūstantie res honorabilis excedit facultatem suā potest eā assumere si inuenit quod excedat debet eā relinquere. Ad huiusmodi autē comparationē exigitur duplex cognitio scilicet cognitio facultatis proprie q̄ cōsistit in bonis nature. in bonis gratuitis ⁊ i bonis acquisitis taʒ volūtatis quā intellectus quā etiā potētiarū executiuarū ⁊ etiā i bonis fortune tāquā i auxiliis quibusdā virtuosarū operationū. Et generaliter oia cōsiderāda sūt que possūt eē principia arduarū operationū aut etiā impedimenta earum. Et hoc siue illa nobis insint siue in aliquos nobis aliqua necessitudine coniunctos sint i potestate nr̄a q̄ sc̄dm aristotelem ea per nos possumus q̄ p amicos possumus. ¶ Exigitur etiā cōsideratio rei honorabilis assūmende tā sc̄dm administrationē quaʒ sc̄dm honorē ei annexū. Tūc probatur p̄ma pars cōclusionis. In pluribus cōtingit q̄d aliquis p̄sūptuose appetit rē honorabilē ex eo q̄ credit facultatē suā eē maiorem quam sit ⁊ ex eo q̄d credit q̄ ex aliquibus bonis exterioribus oritur excellentia et facultas et appreciatio in homine que secundum rei veritatem non oritur sicut diuites credūt q̄ ex diuitiis suis oritur excellentia et appretiatio et facultas bene administrandi rem aliquam. que tamen potissime oritur ex virtutibus siue acquisitis siue gratuitis. Et estimare se excellentiorē quā sit aut ex illis rebus habere excellētiā q̄ nō sunt nate facere excellentiam superbie est igitur. Secunda pars probatur aliquis non plus estimās de facultate ⁊ viribus suis quaʒ estimare debeat potest presumptuose assumere sibi rem honorabilē vires suas notabiliter excedentē ex hoc q̄ nō sufficienter inquir

Cōpatio magnanimi ātequ opus aggrediatur.

sunt pondus & difficultatē administrationis illius rei
aut magnitudinē honoris ānexi illi rei/sed cōstat ta=
lem eē p̄sumptuosū & tamen non est superbus q2 non
plus estimat de excellentia sua quā sit estimandū igr
¶ Sexta conclusio bona fortune sine virtute perfecta
Bōa fortune ad sup p̄ter cū dīcunt. in existentibus ea sūt habentēad p̄sūptionē inducere
et ad supbiā & petulātiā ꝓbat quia hūt bona talia si
ne virtute perfecta estimant se superexcellere alios &
attentant indifferenter quascunq3 administrationes
etiam que facultatem & vires suas excedunt cū nō ha
beant virtutē perfectam qua huiusmodi inclinationi
resistant qua etiam grauibus administratiōibus ge
rendis sufficiant igit: sine eīn virtute perfecta vt ha=
bet aristoteles nō facile ferre moderate bonas for=
tunas.nec etiā res graues debite administrare ¶ Se
cūda pars & tertia ꝓbatur q2 hūtes hmōi bonas for
tunas sine virtute sunt despectores.i.superbi & iniu=
riatores.i.petulantes vt habet alia translatio. Scdo
tales imitantur magnanimū et quantum possunt co
nantur vt appareant magnanimi et magnis hono=
ribus digni/sed non possunt imitari eū in arduis o=
perationibus et administrationibus iniust o contem=
ptu.indignorum et vera glorificatione indigno ergo
eū oportet q2 habeāt aliquas operationes accedē
tes secundū apparentiam ad operationes magnani
necesse est vt attentent administrationes quibus nō suf
A ficiūt per presūptionem & cōtemnant meliores et pre=
stātiores p supbiam et eis contumeliā & iniuriā affe
rant p petulantiam Et hanc conclusionem cum ratio
nibus suis videtur posuisse aristoteles quarto ethico
rum cū ait. Qui autē sine virtute bona talia habent
neq3 iuste magnis se ipsos dignificāt neq3 recte ma
gnanimi dicūtur. Sine virtute enim perfecta nō sūt hec:
despectores autem et iniuriatores et talia habentes
multe efficiuntur: sine virtute enim non facile ferre bo=
nas fortunas moderate nō potētes & nō ferre & existi
mātes alios superexcellere: illos quidē cōtemnūt ipsi autē q
cūq3 vita3 contingit operant. imitantur enī magnanimū
nō similes existētes hec autē sūt operantur in quibus possūt
que quidem igitur secūdū virtutē non operant con=
temnūt nō alios:magnanimus autem iuste contem
pnit:glorificat enim vere multi autem contingenter.
¶ Septima cōclusio. Non solū secūdum apparentiā
sed secūdū rei veritatem presūptuosus se habet in ex
cessū ad magnanimum Presūptuosus sic se habet ī
omni actu suo respectu appetitus rei multū honora
bilis q2 si idem ipse eēt vere magnanimus et circūstantie
eēnt omnino pares ipse non appeteret illam et iudica
re se sic appetendo superhabundare & excedere ergo
presumptuosus semp in excessū se habet ad magnani
mum ūnus posset probari inductiue in omnibus actibus
presumptuosi. ¶ Secūdo si nō hoc maxime ideo eēt
q2 presūptuosus in multo precio habet bona exterio=
ra que magnanimus reputat parua & quasi nullius precii
sed nō ob hoc se habet presumptuosus in defectu ad
3ª pte. 2. 2 q. 130. art. 2 magnanimū igitur/prima pars antecedētis est tho=
me qui ex hoc infert quod presūptuosus scdm rei veri=
tatem quandoq3 deficit a magnanio sed scdm appa=
esse sꝫ dicto mō gloriat in dño tm̄ gloriat ꝙ bñ passum sit q̄ vero gloriat de virtutib⁹ suis gloriat ꝙ bene ꝛ laudabiter egit igit. Tertio gloria q̄ est cōmunis tā bonis ꝙ̄ malis nō est ita ꝓpria virtuoso sicut gloria que cōuenit virtuosis ꝛ bōis tm̄ sꝫ gloria que est in dño ꝯuenit tā bonis quā malis, nā mali redēpti sunt sicut boni et malis interdū remittūtur peccata sicut mali apud patrē hñt christū aduocatū sicut boni ꝛ effus⁹ est sanguis. Christi in terra pro malis sicut ꝓ bonis Et si queras quid ergo voluit ambro. alii sancti doctores cū dixerūt tm̄ esse gloriandū in christo illo primo mō vt patuit in auctoritate supra allegata. Respōdeo ꝙ dupliciter vno modo ꝙ sancti doctores voluerūt nos ex intētione reuocare et retrahere ab appetitu inordinato laudis hoc aūt maxime cōsequimur cū gloriamur in dño siue primo siue scd'o siue tertio mōis maxime tñ cū gloriamur in dño primo mō q꞉ ille modus gloriandi nullo mō inducit nos ad appetitū inordinatū glorie Et ideo nisi sūt nobis qui lubrico vel famam tuadere vt tātū in dño gloriamur Dico scd'o ꝙ Ambrosius ꝛ alii sancti dicūt ꝙ tātū mō in christo gloriandū est isto primo mō intelligūt de laudib⁹ ore nr̄o exprimēdū quātacūq̄ eñi virtute ꝛ scientia pollerem⁹, laus nostra in dño nō sola in ore nostro nō sorde ergo etiā nūq̄ sana a nobis ꝓpellari potest hec enī ell quā p theatra p vicos et plateas infatigabili deuotione ꝓpallare debemus Et ita p illos duos modos dissoluunt multe auctoritates que forte multis viderētur extranee. ¶ Sexta cōclusio

x

pōt ordinate q̄s appetere gloriā ꝓpter nullū finem creatū aliū a se. ꝓbatur quicq̄d seclusa oī vtilitate potest esse ornamentū habētis illud potest appeti ꝓpter nullū finē creatū aliū ab appetēte sed gloria seclusa vtilitate est ornamentū habetis cū etiā multo excellentius ꝙ̄ sit pulchritudo corporalis ergo gloria pōt appeti mō dicto. ¶ Secundo quicq̄d est simpliciter in quocūq̄ meli⁹ ipsum quā nō ipsuꝫ potest ꝓpter nullū finē creatū aliū ab appetente rationabiliter appeti sꝫ gloria simpliciter ꝛ in quocūq̄ est melior ipsa quā nō ipsa vt cōstat igitur Dixi aūt in predicta ꝯclusione ꝓpter nullū finē creatū q꞉ non nego omnē appetitū glorie esse in deū tāq̄ in finem increatum referēdum dixi aliū ab appetēte q꞉ ornat⁹ secūdū ꝙ hmōi appetit ꝓpter eū qui eo ornatur ¶ Septima cōclusio. Gloria de ꝓpriis virtutib⁹ est simpliciter magis fugienda quā appetēda probatur illud cuius appetit⁹ scd'm naturam est periculosus magis fugiendū quā appetēdum sed glorie appetit⁹ est hmōi vt patuit in quarta conclusiōe et multis rationibus ꝓbatum est. Cuilibet etiā pōt addi aliter ois appetitus inclinans et inducēs ad

D

periculosius, maior probatur quia qui detrahit alteri laudem est iniurius. Et minor probatur quia ut plurimum homines non sibi videntur satis magna gloria affecti nisi alii qui gloria digni sunt reddantur inglorii. Secundo quicquid impedit fugere laudem cum recta ratio dictat eam esse fugiendam illud est periculosum sed appetitus laudis est huiusmodi igitur, minor probatur per illud gregorii in registro. Nescit laudem cum sapetit fugere qui ad hanc didicit cum deesset anhelari. Tertio quid inclinat ad excessiuam delectationem illud est periculosum sed appetitus glorie est huiusmodi igitur, minor probatur per illud glose .i. thessa. ii. quas vires nocendi habeat humane glorie amor non sentitur nisi et bellum indicetur quia et si nimis facile sit laudem non cupere dum negatur difficile tamen est ea non delectari cum offertur. Hec dicta sint de appetitu glorie, de inani autem gloria dicetur in sequentibus. ¶ Contra primam conclusionem et etiam contra sextam arguitur, auctoritate ysidori de summo bono nulla est iniquitas maior quam non in deo sed in se velle quempiam gloriari. Secundo arguitur per augustinum libro x. confessionum video me non laudibus meis propter me sed propter proximi utilitatem moueri oportere. Tertio arguitur per illud virtuosum non decet honores petere sed et non petenti dandi sunt multa alia possent adduci contra istas conclusiones que propter adducta sunt, sed his dissolutis satis patebit eorum intellectus. Quarto, omnis appetitus periculosus periculo spirituali est peccatum: sed appetitus glorie saltem nisi in deo est periculosus periculo spirituali igitur: maior probatur qui se exponit periculo peccati peccat licet omnis huius appetitus periculosus se exponit periculo peccati ergo omnis talis peccat. Ad primam dico quod auctoritas ysidori intelligitur de gloriari in deo

Ysidorus

Tertio modo: qui enim gloriatur et non in domino illo. Tertio modo furatur id quod est dei et sibi ipsi illud attribuit. ideo omnis talis peccat. ¶ Ad secundam concedo quod augustinus et alii sancti viri mouebantur laudibus non propter se sed propter proximi utilitatem non quia malum erat appetere gloriam tamquam ornatum quendam: referendo tamen in deum sed quia appetitus quo appetitur gloria propter utilitatem proximi erat perfectior et excellentior quam ille quo appetatur ut ornatus quidam appetentis: sancti enim viri qui iam cacumen perfectionis conscenderant non solum fugienda esse mala: sed etiam maiora bona minoribus esse preferenda sentiebant. ¶ Ad tertiam

Differentia inter appetere honorem et petere.

concesso antecedente negatur consequentia quia petere honorem plus importat quam appetere: licet enim ego non possim petere honorem possum tamen appetere honorem dari michi etiam non petenti. petere enim honorem victa appetere importat prosecutionem et solicitudinem quandam de honore habendo importat etiam propriam laudum recitationem que tamen in ore proprio sordescunt nullus enim honorem petit quin curis sibi debeatur referat. Dico ulterius quod sicut supra allegatum est licet etiam in casu se laudare et ita etiam gloriam petere sed non regulariter. ¶ Ad quartam nego maiorem universaliter intellectam, et ad probationem dico quod duplex est periculum scilicet obruens et circumstans conceditur assumptum de periculo obruenti et confundenti sed negatur de periculo circumstanti et maxime cum sit quis subit illud periculum videns quomodo sit illud euasurus. Et ad secundam partem assumpti dico quod periculum illud non est obruens et confundens sed est periculum circumstans tantum. Contra secundam partem tertie conclusionis arguitur auctoritatibus propter primam partem adductis. Ex prima enim auctoritate habetur quod non habemus unde gloriari possimus in operibus nostris et quod non est michi gloriandum quod iustus sim: aut quod prosit cuique. Ad has omnes au-

M

ctoritates: ideo tripliciter: primo quod multe earum intelliguntur de sunt de gloriatione que ore nostro fit, et hoc significauit ambrosius qui postquam dixit, non habeo unde gloriari possim in operibus meis statim subiunxit, non habeo unde me iactem. ¶ Secundo dico quod sancti dehortantur a gloria propriorum operum non quia mala sit sed quia consuetudo eius faciliter inclinat ad gloriam falsam et inanem. Tertio dico quod multe earum intelliguntur de gloria in propriis operibus que non refertur in gloriam dei et per quam deo gloria sua quam etiam ex propriis operibus nostris debemus substrahitur ut expresse patet ex auctoritate bernardi ad eandem conclusionem adducta. ¶ Contra sextam conclusionem. Arguitur Non potest quis rationabiliter appetere gloriam nisi propter gloriam dei sed gloria dei est quid creatum igitur Secundo gloria que non ordinatur in aliquem finem creatum est vana et inanis sed nulli licet vanam gloriam appetere ergo nulli licet propter nullum finem creatum gloriam appetere. Tertio probo quod licet etiam propter nullum finem tam creatum quam increatum gloriam appetere. Cuius oppositum in eadem conclusione dicitur. quia secundum aristotelem primo ethicorum honor est propter se eligibilis ergo et gloria cum gloria maius sit bonum quam honor et per consequens gloria potest appeti propter nullum finem tam creatum quam increatum. ¶ Ad primam dico quod gloria dei accipitur dupliciter. uno modo pro bonis diuinis innotescentibus actualiter vel aptitudinaliter et sic concedo maiorem et nego minorem quia huiusmodi bona diuina sunt increata cum sint ipse deus, secundo modo accipitur gloria dei pro notitia huiusmodi bonorum diuinorum et sic nego maiorem et concedo minorem. ¶ Ad secundum nego antecedens quia stat quod non ordinetur in finem creatum et tamen quod debite in finem increatum referatur, et nichil glorie deo substrahatur. ¶ Ad terciam dico quod si ly propter se excludat omnem finem tam creatum quam increatum sic ego nego maiorem. si autem excludat finem creatum sic ego concedo, et quod ista sit intentio aristotelis patet ex probatione sua, nullo enim adueniente eligeremus unumquodque ipsorum. Ex quo patet quod aristoteles non vult dicere nisi quod possumus eligere honorem etiam si nichil boni debeat nobis per ipsum euenire constat autem quod ea que possunt euenire non sunt creata vel creabilia tantum. Et ibidem cum probat quod illa etiam propter aliquid eliguntur aliquando se ipsum manifeste explicant quod aliquando eliguntur propter aliud bonum creatum. Eligimus autem inquit et felicitatis gratia constat autem quod felicitas de qua loquitur aristoteles est bonum creatum. Et hec solutio confirmatur: quia quod dicit de honore idem dicit de voluptate et intellectu et omni virtute. ¶ Respondeo secundo quod ubi aristoteles oppositum assereret non esset sibi credendum quia hec veritas quod omnium bonorum appetitus et amor in deum referendus est est veritas que non ex principiis aut traditionibus philosophie moralis accipitur sed inspiratione diuina sanctis viris potius reuelata est quam ab eis vi naturalis inquisitionis inuenta: ideo si qui passus Aristotelis videretur in oppositum sonare melius est eos benigne interpretari quam per hos huic veritati contradicere. ¶ Contra ultimam conclusionem. Arguitur primo: nichil per quod homo deo assimulatur et ipsum imitatur est fugiendum sed in hoc quod quis querit gloriam imitamur deum ergo gloria est magis appetenda quam fugienda: maior probatur quia Apostolus ad ephesios quinto. Suadet ut simus imitatores dei, et minor probatur quia

Acceptiones glorie dei.

O

Aristote.

N

Arg. 2. 2 qsti. 132. artic. 1.

deus ab hominibus querit gloriam suam secundum illud ysaie.xliii. omnem qui inuocat nomen meum in gloriam meam creaui eum. ¶ Secundo illud non est fugiendum per quod quis prouocatur ad bonum sed per appetitum glorie prouocantur homines ad bonum ergo appetitus glorie non est fugiendus. minor probatur per illud tulii. Omnes ad studia impelliuntur gloria. ¶ Tertio illud quod promittitur tanquam merces bonorum operum non est fugiendum sed gloria promittitur pro bonis operibus secundum illud ad romanos secundo his qui sunt secundum patientiam boni operis gloriam et honorem.

Quarto appetitus laudabilis fame non est fugiendus secundum illud ecclesiastici.xli. Curam habe de bono nomine et ro.xii. prouidentes bona non solum coram deo sed etiam coram hominibus sed gloriam non est nisi laudabilis fama secundum illud tulii in sua retho. Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Tum etiam secundum illud ambrosii. Gloria est clara cum laude noticia. ¶ Ad primam dico q imitari deum querentem gloriam in omnibus creaturis nomen suum confitentibus non est querere gloriam nostram in bonis nostris sed in eis gloriam diuinam querere secundo dico q duplicia sunt in quibus imitari possumus deum quedam sunt que sine periculo imitari possumus ita q in tali imitatione non est periculum aut si est rarum est et faciliter euitabile et in talibus vult apostolus q deum imitemur sicut in susceptione sacramentorum in operibus preceptorum et inteedum consiliorum alia sunt que sine periculo imitari non possimus aut saltem periculum est frequens et graue et talia non sunt imitanda aut sine necessitate aut sine magna et diligenti cautela sine necessitate vt si hoc exigat euidens vtilitas proximi sine magna cautela ne per hoc inducamur in substractionem honoris diuini aut in appetitum glorie inanem et perniciosum. Ad secundam nego maiorem et dico q prouocantia ad bonum sunt duplicia, quedam sunt que prouocant ad bonum et non ad malum per se et directe, et de talibus concedo, alia sunt que prouocant ad bonum et cum hoc etiam ad mala quedam, et ista sunt duplicia quia quedam sunt in quibus bona excedunt mala aut magnitudine multitudine, alia sunt in quibus econtra mala excedunt bona et de istis vltimis dico q appetitus eorum est periculosus de quorum numero sunt honor et gloria. Et ideo talium appetitus merito fugitur quem habetur nisi necessitas aut euidens vtilitas cogat et tunc in huiusmodi appetitum magna cautela adhibenda est. ¶ Ad tertiam nego maiorem quando illud est tale q appetitus eius est periculosus et dico q aliquid dicitur merces bonorum operum dupliciter, vno modo ex prestitutione operantis et sic non habetur q gloria sit merces, alio modo subsecutione muneris et sic bene conceditur gloria enim minus quodam est quod non debemus prestituere operibus nostris tanquam finem sed datur etiam nobis non querentibus tanquam premium imo tanto magis datur quanto magis fugimus.

¶ Ad quartum dico q aliquid dicitur esse fugiendum dupliciter, vno modo tanquam malum et culpabile et sic concedo maiorem. alio modo tanquam periculosum et faciliter inducitiuum in culpam et sic ego nego et hoc modo diximus gloriam esse magis fugiendam quam appetendam, quomodo autem laudabilis fama appeti possit potest satis apparere ex his que dicta sunt de appetitu glorie propter deum enim, propter gloriam diuinam propter vtilitatem proximi, propter nostram et postremo tanquam [illegible] quedam virtuosi potest appeti dum tamen in deum finaliter referatur.

Queritur secundo vtrum omnia gloria vana sit quam ab hominibus querimus. ¶ Arguitur q sic, omnes homines sunt incerti iudices et frequenter laudant non pro opinione sed pro adulatione non pro veritate sed pro amore inordinato ergo omnis gloria est vana quam ab hominibus querimus.

¶ In oppositum sunt multi doctores sacri qui vt allegatum est in precedenti questione volunt q saltem causa et gratia vtilitatis proximi potest appeti gloria ab hominibus. Notandum est q in hac questione maxime inquirendum videtur modi inanis glorie hoc est appetitus inordinati glorie, et procedemus per modos positos in precedenti questione.

¶ Prima conclusio omnis appetitus glorie quo de eo quod non habemus gloriam petimus. aut de eo quo non est dignum tanta gloria tantam gloriam petimus, aut de eo quod supplitio aut infamia dignum est petimus gloriam est inordinatus, primum patet quia illud non potest fieri sine mendatio pernicioso, secundum patet quia inter gloriam petitam et id pro quo petimus non est conueniens proportio sicut qui pro opere diurno peteret mercedem duorum dierum. Tertium etiam patet ex se, in omnibus enim his est mendatium vel formaliter vel equiualenter, primus enim dicit se habere quod non habet, secundus bonum quod habet maius esse quam sit, tertius dicit malum esse bonum et preter hoc desiderium et vehementem delectationem in malis operibus suis, probatur eadem conclusio quo ad omnes partes suas auctoritate bernardi in epistola ad petrum cardinalem dicentem de vniuersali vanitate vt est nobis et velle laudari cum simus vituperabiles et nolle laudare quos scimus esse laudabiles sed et hoc vanum est quia nostra plerumque ignorantia et tacetur quod est et predicatur quod non est, laudamur mendaciter delectamur inaniter vt vani sint qui laudantur et mendaces qui laudant, alii laudant quod sciunt et ficti sunt, alii laudant quod putant et falsi sunt, alii vtrorumque preconiis gloriantur et vani sunt. Bern

¶ Secunda conclusio non omnis gloria quam apud homines querimus vana est licet sit periculosa, ista conclusio probabatur diffuse in precedenti questione conclusione quarta. ¶ Tertia conclusio, omnis appetitus glorie apud eos homines qui sunt incerti iudicii contra sententiam eorum qui sunt vt plurimum certi iudicii est inanis et vanus quod intelligo de re in qua sunt incerti iudicii. Exemplum huius est vt si quis gloriam disputationis quereret ab idiotis et simplicibus et non a sapientibus sicut faciunt loquaces et litigiosi, probatur tales non querunt gloriam veram et solidam et in operibus verarum virtutum fundatam sed apparentem tantum nam cum quedam sint virtutes quibus aliqua vicia sunt multum similia, sicut auaritie frugalitas, disputationi loquacitas, magnanimitati arrogantia, humilitati pusillanimitas de talibus non est querenda apud eos gloria quorum vis iudicandi est debes et obtusa sed a doctis et sapientibus et bonis viris et qui ab aliis gloriam captat is affectat gloriam vt idem sit sibi de bonis et de malis operibus, bonitatis tamen apparentiam habentibus gloriari quod vanum est. Disputatio ¶ Quarta conclusio, omnis appetitus glorie quo gloria non propter deum queritur est vanus, probatur ista con

clusio in precedenti questione.

A ¶ Quinta conclusio omnis appetitus glorie quo gloriam ita nobis querimus vt quod habemus deo subtrahamus est vana et perniciosa patet ex precedenti questione.

¶ Sexta conclusio omnis appetitus glorie est vanus et inanis quo gloriam finaliter propter mun⁹ bonum q̃rimus vt qui gloriam appetit propter honorē aut propter diuicias patet quia talis ordinem rerum p̄stitutiōe volūtatis puertit. ¶ Septima conclusio oīs appetitus glorie est vanus quo quis gloriam sibi cū detrimento glorie aliene q̃rit probatur quia talis cupit gloria cum iniuria proximi. ¶ Octaua conclusio oīs appetitus glorie quo ardentius q̄ debemus aut mediis quibus non debemus q̃rimus gloriam ē inanis patet quia hoc mō cupit gloriam non adhibet actui suo oēs circumstātias debitas inesse. Ex supra dictis patet q̄ non omnis gloria vana est quam ab hominibus q̃rimus licet frequenter sit periculosa sicut probatum in precedenti q̄stione. ¶ Contra primā cōclusionem arguitur sic gloriam querere per contemptum glorie non est inane et vanum quia contempt⁹ glorie dignus est gloria et tamen hoc est querere gloriam de eo quod non est quia qui querit gloriam nō contemptui secundum veritatem gloriam igitur querere gloriam de eo quod non est non est vanum ꝛ inane. Secundo non est vanum querere gloriam quia non inest luxuria aut furtum idolatria ergo non oīs appetitus glorie de eo quod non est est inanis et vanus. ¶ Tertio de bono quod non inest sed inesse potest quis appetere gloriam vt predicator de predicatione non quam de facto facit sed quam facere potest ergo non omnis appetitus glorie de eo quod nō est est inanis. ¶ Ad primam dico q̄ hec est implicans contradictiones iste q̃rit gloriam per contemptum glorie quia sequitur iste q̃rit gloriam ꝛ c. ergo querit gloriam et vltra ergo non contempnit gloriam ꝛ vltra ergo non per contemptum glorie q̃rit gloriam et ex altera parte sequitur iste contempnit gloriā ꝛ c. q̄ cōtēpnit gl'iam ꝛ vltra q̄ nō q̃rit gloriā ꝛ vltra q̄ nō p contemptum glorie querit gloriam et ita ista propositio includit is as contradictiones iste querit gloriam et non querit gloriam iste contempnit gloriam ꝛ nō contempnit gloriam et infert contradictoriam suam scilicet iste non per contemptum glorie querit gloriam. Et ita respondendo ad formam cōcedo maiorem quia est negatiua cuius subiectū pro nullo supponit. nullus enim est nec potest querens gloriam p contemptū glorie. ꝛ nego minorem nullum cū est tale querere gloriam. Et si dicas q̄ auctores reprehēdunt illos qui per contemptū glorie querūt gloriā. Nam vt dicit Isido. de summo bono libro secūdo sepe vanam gloriam contempnēdo in aliud genus elationis inciditur siue in sequē q̄ gloriatur eo q̄ ab omnibus laudem contempnat. Respōdeo primo q̄ aliud est querere gloriam per contemptum glorie et aliud est ex consideratione contemptus glorie quem secundum veritatem quis habuit et laudatur efferri ꝛ gloriari quia primum implicat et non secundum. Et de secundo loquitur Isido. Secundo respondeo q̄ auctores non reprehendunt illos qui per contemptum glorie querunt gloriam sed illos qui per simulationem contemptus glorie q̃runt gloriam ꝛ hoc est querere gloriam de eo quod non est quia querūt gloriā de contemptu glorie quem tamen non habent.

Isidorus

5

¶ Ad secundam concedo antecedens si fiat cum debitis circunstantiis et nego consequentiam quia ille qui querit gloriam de eo quod nō inest luxuria si ordinate querit caret luxuria et sibi inest hoc bonum quod est carentia luxurie. Et si dicis q̄ luxuria sua non est concedo nec de luxuria gloria sed de carentia luxurie que est bonum inexistens. ¶ Ad tertiam nego aīā et ad pbationem nego assumptū predicatorem enim nur q̄ querit gloriam de predicatione quā potest facere: sed de facultate predicandi huiusmodi autem facultas predicandi iam inest.

Carentia luxurie bonū iexistēs

Contra tertiam conclusionem arguitur sic Omnis appetitus glo. propter vtilitatem primi est bonus et ordinatus: sed aliquis appetitus glorie apud homines incerti iudicii fit propter vtilitatem proximi ergo aliquis talis est bonus ꝛ ordinat⁹. ¶ Secundo dico q̄ aliquis gl'iam appetat apud vulgares de predicationibus suis quas dicit vtilis populo ꝛ modū tradendi ꝛ declarandi conuenientem popularibus habeat quem tamen sapientes censeant esse parue vtilitatis et parum fructuosum et volo q̄ hmōi gloriam iste ordinet ad vtilitatem proximorum. Tunc sic iste appetitus glorie est talis qualis describitur in tertia conclusione et tamen non est inordinatus igit. ¶ Ad primam nego maiorem vtilitas enim proximi sicut ꝛ nostra non dolis fallaciis ꝛ mendaciis querenda ē: sed bonis et honestis mediis. ¶ Ad scđam admitto casum vsq̄ ad illam partem qua dicitur quē tñ sapiētes ꝛ c. dico q̄ istud pōt dupliciť intelligi. Vnomō q̄ sapientes dicant p̄dicationes esse parue vtilitatis q̄ iste p̄dicator veritatibus immiscet errores. Et hoc modo magis credendum est sapientibus q̄ vulgaribus. Alio mō q̄ sapientes dicant ideo predicationes esse parue vtilitatis quia non alta ꝛ subtilia p̄dicat ꝛ in hoc credendum est sapientibus sed non tamen eis p̄pter hoc est credendum q̄ sint parue vtilitatis. Tertiomodo q̄ sapientes dicant modum exprimendi et declarandi non esse conuenientem popularibus non propter errores immixtos sed p̄pter gen⁹ ꝛ modum doctrine ꝛ tunc magis videtur esse credendū vulgaribus q̄ sibi ipsis consili sunt de conuenientia modi tradendi et de fructu per huiusmodi predicatiōes suscepto. ¶ Ad rationē ante oppositū dico q̄ triplex ē certitudo iudicii scʒ firma naturalis ꝛ moralis Et p oppositum triplex est incertitudo cōcedo ergo q̄ homines sunt incerti iudicii incertitudine opposita certitudini firme. sunt tñ in multis certi iudicii certitudine naturali et in multis certitudine morali.

equiuocatio multiplex

B

Queritur tertio. Utrum inanis

gloria opponatur magnanimitati. ¶ Arguit q̄ non iactātia ꝛ inanis gl'ia idē sūt sed iactātia opponit veritati ꝛ nō magnanimitati q̄ nec inanis gl'ia magnanimitati opponit. ¶ In oppositū arguitur inordinat⁹ appetit⁹ honoris opponit magnanimitati ergo ꝛ inordinat⁹ appetit⁹ gl'ie ergo ꝛ ianis gl'ia. ¶ Ad hāc q̄stionē rn̄det beat⁹ Thomas q̄ inanis gloria opponitur magnanimitati p̄batur gloria est quidam effectus honoris et laudis ex hoc enim q̄ aliquis laudatur vel quecunq̄ ei reuerentia exhibetur redditur clarus in noticia aliorum et quia magnanimitas est circa honorem vt dictum est consequens est vt sit circa gloriam vt scilicet sicut moderate vtitur honore ita et moderate vtatur gloria et ideo inordinatus glorie appetitus directe opponitur magnanimitati. Ista ratio non videtur michi bene concludere licet conclusio vera sit. ista enim consequentia non valet hec se habent sicut causa et effectus ergo ad eandem virtutem pertinent q̄d tamen p̄supponit ratio. fortitudo enim bellica ē causa q̄ huic distribuatur honor et tamen fortitudo bel

Tho. 2. 2. q̄ᵗⁱ. 132. art. 2.

D

tica et distributio honoris non pertinent ad eandem virtutem quia distributio honoris pertinet ad iusticiam distributiuam ad quam non pertinet honor. Similiter oīs virtus est causa premii et tamen non omnis appetitus premii pertinet ad virtutem que est causa premii talis. ¶ Sic igitur prima cōclusio. Inanis gloria opponitur magnanimitati probatur omnis appetitus inordinatus alicuius magne dignificationis opponitur magnanimitati sed aliqua inanis gloria est appetitus inordinatus alicuius magne dignificationis scilicet alicuius magne glorie qua est indignus aut quomodo aut qualiter nō est dignus igitur aliqua inanis glīa opponitur magnanimitati. Pro ista conclusione est aduertendum q aliquis potest se dignificare aliquo dupliciter. Uno modo isto q eo quo est dignus debito iusticie sicut fortis dignificat se pro stabilito et in militum ofortiter facientibus. Et huiusmodi dignificatio ordinata pertinet ad iusticiam: inordinata autem ad iniusticiā. Secundo modo tantū q eo quo est dignus debito morali honestatis et talis dignificatio si sit res multum honorabilis pertinet ad magnanimitatem. si sit parua pertinet ad modestiam et hoc in ordinatis dignificationibus. in inordinatis autem pertinet ad vitia opposita. constat autem q cum quis dignificat se gloria non dignificat se aliquo quo sit dignus debito iusticie sed tantum debito moralis honestatis. ideo cum gloria qua quis se dignificat est magna huiusmodi dignificatio ordinata pertinet ad magnanimitatem cum autem est inordinata pertinet ad vitia opposita. ¶ Secundo omnis appetitus inordinatus alicuius rei multum honorabilis opponitur magnanimitati. sed aliqua inanis gloria est appetitus inordinatus alicuius rei multum honorabilis vt puta opinionis de aliquo magna virtute aut de aliquo bono multum arduo ergo aliqua inanis gloria opponitur. ¶ Secunda conclusio. Aliqua inanis gloria opponitur modestie et nō magnanimitati. probatur aliqua inanis gloria est appetitus inordinatus parue glorie vt cum quis appetit q estimetur industriosus in aliquo ludo aut liberalis aut mediocris artifex figurarius aut mediocris cantor in quibus non potest esse magna gloria nec magna dignificatio. ¶ Tertia cōclo. Inanis gloria repugnat magnanimitati primi generis et non secundi. q huiusmodi autem sint genera dictum est cum magnanimitate agebatur. probatur q magnanimitati primi generis conuenit contemptus rerum caducarum et exteriorum si ergo eidem magnanimitati repugnat huiusmodi res ita appreciari vt de eis quis gloriam magnam querat. Similiter repugnat magnanimo q de eis que nō sunt glorietur. Nam secundum Aristo. in quarto magnanimus magis curat veritatem q opinionem. Similiter repugnat magnanimo q glorietur in testimonio laudis hominum in re in quibus imit ucerit iudicium

Obiectio D

quia in his magis viget opīo q veritas. Et si dicas q secundum Aristo. quarto ethicorum non est magnanimo cura vt laudetur: ergo omnis gloria que tribuitur magnanimo ex testimonio hominum est reputanda inanis cuius oppositum dictum est supra.

¶ Ad hoc respondetur negando primam consequentiam. Nam secundum Aristo. secundo rhetorice gloria est inane bonum q honor cum ideo delectet honor q ille cui tribuitur estimat per hoc quod creditur bonus et benefactiuus ac hiis qui tribuunt et ita gloria presumitur rationabiliter ad homine tanq sinis honoris: laus autem et si sit signum etiam glorie est tamen signum magis caducum et transitorium quia laus in proposito non est nisi laudatiua oratio que cito transit. Similiter est signum glorie magis fictum et mendax quia multi homines ore frequenter laudant quod mente vilipendunt: sed graues administrationes et honores permanentes sunt magis veracia signa glorie et magis permanentia. Et ideo ista pña nō valet. Iste non curat de laude hominum ergo non curat de gloria ex hominum testimonio q homine habent multa alia signa glorie certiora et permanentiora. Hoc dixi propter opinionem Tho. q in hoc articulo secundo de inani gloria videtur ex intentione probare q omnis gloria est inanis quam quis per testimonium hominum querit, quod etiam dixisse videtur primo articulo q̄uis tamen etiam dixisse visus sit oppositum in his verbis. Similiter autem non est peccatum q aliquis velit bona sua approbari ab aliis. Dicitur enim Mat. v. luceat lux v. sua coram hominibus, ex quibus verbis patz q nō oīs glīa q̄sita ex testimonio hominum est peccatum, ergo non omnis est inanis, pña tenet quia fm Tho. oīs inanis gloria est peccatum. ¶ Quarta conclusio inanis gloria opponitur magnanimitati fm excessum non solum secundū estimationem sed etiam scdm veritatem probatur quia cupidus inanis glorie ex aliquibus homo etiam dignus magna gloria cupit maiorem gloriam q dignum sit et ex his que non sunt digna gloriam querit, magnanimus autem ex post reuias nō querere gloriam et exprimis non tamē gloriaz querere ergo inanis gloria secundū rei veritatem opponitur magnanimitati scdm excessum. ¶ Ad hanc rationem possunt adduci rationes supra de pusillanimitate posite ¶ Contra primam conclusionē. Arguitur sic gloriari in his que non sunt pertinet ad falsitatem. gloriari in rebus terrenis et caducis pertinet ad cupiditatem, et gloriari in testimonio hominum quorum iudicium est incertum pertinet ad imprudentiam ergo inanis gloria non opponitur magnanimitati. ¶ Secundo glosa super illud phil. ii. nichil per contentionem aut inanem gloriam (dicit, erant autem aliqui inter eos dissentientes inquieti inanis glorie causa contendentes sed constat q contentio non opponitur magnanimitati igitur nec inanis gloria. ¶ Tertio vitia opposita magnanimitati sunt circa magnos honores et magnam gloriam. sed oīs gloria inanis est parua et caduca ergo inanis gloria non opponitur magnanimitati. maior probatur q magnanimitas est tantū circa magnos honores. ¶ Ad primam nego consequentiam. sunt enim quedā virtutes [illegible] actus aliarum corrigunt ita et vitiorum quedā corrigunt alia et tamen non propter hoc hec virtus est illa aut hoc vitium illud. Pro declaratione huius solutionis aduerte q appetere gloriam de his q nō sunt, est uel interior, aut est de his que non sunt est actus exterior q sit aut verbis cum quis de se dicit aut procurat dici bona que non sunt factis cum quis ea facit que ut plurimum signa sunt aliquorum bonorum inexistentium que sit de loco non sibi insunt. Dico ergo q velle ista dicere vel facere est velle mentiri dicere vel facere ista mentiri et non est dubium q iste operationes repugnant veritati. appetere autem gloriam per ista non est mentiri formaliter nec velle mētiri formaliter sed per equiualentiam quia ille actus simplex equiualet duobus actibus quorum unus est appetitus glorie. alius est velle mentiri vt habeatur gloria. Dico vltra q sicut non est inconueniens q idem actus exterior pertineat ad duas virtutes ita nec est inconueniens q idem actus exterior malus pertineat ad duo vitia Et sicut non est inconueniens q idem actus exterior pertineat ad duas virtutes ad vnam formaliter et ad aliā p

Laus glia

Tho. 2.2 q. 132 art. 3

Arg. tho vbi supra art. 2

C

E

F

equitu alentia, ita nec de vitio, sicut est inconveniens quod idem actus interior pertineat ad plures virtutes per se et formaliter, ita similiter de actu interiori in vitioso continget. vitium autem actus appetendi gloriam per se ad ... pertineat ad vitia opposita magnanimitati vel veritati dicetur post. ¶ Ad secundam partem eiusdem argumenti nego eam non enim cupiditatis est gloriari in rebus terrenis sed magis avaricie. Nego etiam tertiam partem vitium enim imprudentie est vitium intellectue partis sicut prudentia est intellectue partis virtus huiusmodi autem gloriari non est vitium partis intellectue sed affective.

Exceptio et inanis gloria differunt.

¶ Ad secundam respondent quod contentio non est idem quod inanis gloria sed est effectus cupiditatis glorie, quia enim quis cupit gloriam inaniter ideo contentiosus redditur ut contempnendo vincat aut appareat habere in se bona digna. Quod autem dicit philosophus quod magnanimus non est contentiosus non dicitur quia contentio est obiectum immediatum magnanimitatis sed quia magnanimo sua magnanimitas aufert causam contentionis eo quod per magnanimitatem suam nichil estimat magnum et inde est quod non contendit.

B

¶ Ad tertiam concedo maiorem. Et ad minorem dico quod aliqua gloria dicitur inanis dupliciter. Uno modo quia inaniter appetita et concupita et sic concedo. Secundo modo quia appetitur secundum exilem gradum et sic ego nego verbi gratia viro multum iusto debetur gloria ut decem est aliquis simulator iusticie qui appetit gloriam ut duodecim et de facto appetit reputari iustior quam reputetur ille vere iustus gloriam quam appetit iste est magna hoc appetit gloriam secundum magnum et excellentem gradum et tamen gloria sua est inanis idest infructuosa inaniter et inutiliter appetita.

¶ Contra omnis gloria vera secundum quemcunque parvum gradum eius est simpliciter maior quam falsa gloria secundum quemcunque magnum gradum eius: sed inaniter appetens gloriam non appetet nisi falsam gloriam. alius autem veram gloriam appetit igitur.

C

¶ Ad hanc rationem dico quod gloria accipitur dupliciter. Uno modo absolute et tunc gloria non est aliud quam estimatio laudabilis de aliquo que dicitur maior

Acceptiones glorie.

alia gloria aut ex parte obiecti cum habetur estimatio de maiori bono aut de pluribus bonis, aut ex parte subiecti cum plures aut sapientiores aut magis in tali reperti estimationem huiusmodi de illo habent et tunc gloria vera est estimatio vera, et gloria falsa est estimatio falsa cum scilicet aliquis estimatur habere aliqua bona que non habet. Et hoc modo accep-

Ambrosius

tio nomine glorie nego antecedens immo aliquando gloria falsa est maior quam vera. Secundo modo accipitur gloria connotative et tunc gloria significat huiusmodi estimationem et connotat quod illa bona que estimantur inesse insint. Et hoc modo accepisse videntur gloriam qui eam diffiniunt per noticiam quia nulla estimatio est noticia nisi vera, et gloria hoc modo dicitur maior et minor dupliciter, scilicet tam ex parte obiecti quam ex parte subiecti. Sed gloria vera est gloria que dicitur esse gloria et est gloria. falsa est estimatio que apparet esse gloria et non est gloria. Et hoc modo acci-

Differentia inter gloriam veram et falsam gloriam

piendo gloriam concedo antecedens quia gloria falsa non est gloria. Primo modo autem gloria, falsa est vere gloria licet non sit vera gloria sicut dialetici concedunt quod propositio falsa vere est propositio quia sibi convenit perfecta ratio propositionis et tamen non est propositio vera silogismus autem falsus non est vere silogismus nec verus silogismus quia non sibi convenit perfecta diffinitio silogismi quia silogismus non solum significat duas aut tres propositiones sed connotat quod sic ordinate sint quod tercia ex necessitate sequatur ex duabus premissis. Hoc eodem modo capiendo gloriam primo modo falsa gloria est vere gloria quia perfecta ratio glorie convenit false glorie, et eam non est vera gloria quia gloria sive estimatio laudabilis est signum rei de qua habetur estimatio et vera gloria est verum signum cum quod falsa gloria non sit verum signum ideo falsa gloria non est vera gloria Exemplum huius est aliquis est vere homo quantum est falsus homo .i. secundum quod mendacem et dolosum falsum dicimus. Ratio omnium istorum quia in omnibus istis vere propositio, vere gloria, vere homo. li vere significat veritatem entis importati predicati convenire rei importate per subiectum. sed in istis vera propositio vera gloria verus homo. li verum significat veritatem entitatis et convenire rebus importatis per subiectum. differenter tamen in duobus primis et in postremo, quia in postremo significat huiusmodi veritatem adiacere homini tanquam enuncianti et dicenti, in duobus primis tanquam signo. Adverte preterea quod gloria primo modo et gloria secundo modo scilicet connotative accepta differunt quia gloria primo modo significat bonum extremum tantum quia significat tantum illam estimationem que sive aliquid intrinsecum sibi respondeat sive non ipsa semper dicitur gloria. Sed accipiendo gloriam connotative, tunc ipsa partim est bonum exterminum et partim bonum intra eum, exterminum quidem quia est res extra eum cuius est ipsa: sed tamen partim est bonum intraneum quia ipsa estimatio ad hoc quod sit gloria dependet ex bonis intraneis ita quod si non insint huiusmodi bona eo modo quo estimantur ad esse ipsa non est gloria si assit ipsa est gloria et hoc est propter connotationem nominis. aliquando tamen accipitur gloria pro bonis ipsis laudabilibus et tunc connotat quod de eis habeatur clara noticia vel estimatio. hoc modo accepisse videtur honorem Bernardus

Bernar.

cum ait, honor verus virtus est animi, et Crisosto. ubi ostendit quod nemo leditur nisi a seipso, honor inquit neque a cesaribus prestatur, neque adulatione acquiritur, neque pecunia comparatur, nichil sicut habet, nichil occulti, huius honoris nullus est accusator nullus ingratus, hic honor temporibus non mutatur neque tirannos patitur nec picturam tabule metuit aliquando delendam. ¶ Contra secundam conclusionem Arguitur sic rationibus Thome. Omnis gloria est effe-

Tho. ubi sup. ar. 2.

ctus honoris: ergo omnis inordinatus appetitus glorie opponitur magnanimitati. ¶ Secundo arguitur auctoritate Tullii primo de officiis dicentis. Cavenda est cupiditas glorie erigit enim animi libertatem pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio. ¶ Ad primam iam responsum est negando conse-

Cicero.

quentiam quia non oportet quod causa et effectus ad eandem virtutem pertineant nec ad idem vitium. Alter

B

etiam respondent negando consequentiam quia non omnis honor pertinet ad magnanimitatem sed tantum honor magnus ideo etiam nec omnis gloria ad magnanimitatem pertinet sed tantum gloria magna. ¶ Ad secundam dico primo quod Tullius ibi loquitur de cupiditate magne glorie ut satis patet ex textu. Dico secundo quod sicut magnanimitas relinquit in aliquos actus immediate in alios mediate actu suo elicito ita etiam magnanimitati aliqua vitia opponuntur dupliciter uno modo immediate alio modo mediate quia scilicet sunt

Duplex oppositio vitiorum.

impeditiva actuum ipsius magnanimitatis sicut iniusticia impedit magnanimitatem ab elicitione sui proprii actus et hoc secundo modo concedo quod cupiditas glorie opponitur magnanimitati sed non primo modo, constat autem quod loquimur de oppositione primo modo, legenti enim textum Tullii in eodem loco constat quod ipse enumeratur multa que cavenda sunt magnanimo que tamen non opponuntur

immediatem magnanimitati imo enumerat arrogantiam inter cauenda et humilitatem inter amplectenda certamen secundum Thomam nec humilitas continetur sub magnanimitate nec arrogantia magnanimitati opponitur. ¶ Contra primam partem quarte conclusionis arguitur sic. Inani glorie nichil est oppositum per defectum ergo nec inanis gloria opponitur magnanimitati secundum excessum. consequentia tenet quia omne vitium oppositum virtuti secundum excessum habet aliud vitium etiam ibi et etiam eidem virtuti oppositum secundum defectum vt caymotea habet pusillanimitatem ¶ Contra secundam partem arguitur rationibus Thome cupidus glorie gloriatur in huius quod magnanimus parua existimat ergo secundum veritatem cupidus glorie deficit a magnanimo. Assumptum patet cupidus glorie gloriam quam appetit reputat magnam et eam magnanimus paruam estimat. ¶ Secundo illa que appetit magnanimus sunt maiora quam que appetit inanis glorie cupidus ergo inanis glorie cupidus deficit secundum veritatem a magnanimo. antecedens probatur. Tum primo quia magnanimus appetit virtutes que sunt maiora bona quam gloria. Tum quia magnanimus appetit veram gloriam que maius bonum quam gloria falsa. Ad primum nego antecedens et dico quod inani glorie opponitur non appetere gloriam quando et vbi et quomodo appetenda est Et si dicas quod defectus in appetitu inanis glorie non est vitium dico quod inanis glorie appetitus habet in solitum in suo nomine vitium ideo defectus eius et mediocritas non est sumenda sub nomine huiusmodi vitium inuoluente sed sub nomine importante rem sine eadem inuolutione sicut defectus oppositus prodigalitatis non est defectus potestatis sed est defectus dationis pecunie vbi quando et quomodo oportet qui defectus significatur per hoc nomen illiberalitas ¶ Ad primam contra secundam partem concedo antecedens et nego consequentiam et dico quod vitium in excessu secundum veritatem non attenditur in hoc quod illud quod appetitur a vitioso est secundum veritatem maius quam illud quod appetitur a virtuoso virtute opposita illi vitio sed attenditur in hoc quod ipse vitiosus secundum inclinationem sui vitii appetens appetit aliquid maius quam appeteret si ceteris paribus appeteret secundum inclinationem virtutis opposite verbi gratia iste cupidus inanis glorie appetit gloriam vt sex et magnanimus vt duodecim et licet duodecim excedant sex tamen iste vitiosus secundum veritatem se habet in excessu respectu magnanimi non quia illud quod appetit sit maius sed quia si appeteret secundum inclinationem magnanimitatis et cetera in eo essent paria non appeteret tantam gloriam. Et ad probationem concedo assumptum et nego consequentiam. ¶ Ad secundam concedo assumptum et nego consequentiam propter causam dictam in precedenti solutione quamuis etiam falsa gloria sit minus bonum quam vera gloria si tamen cupidus inanis glorie appeteret secundum inclinationem magnanimitatis et cetera in eo essent paria non appeteret falsam gloriam aut non tantum de gloria appeteret quantum de facto appetit.

Queritur quarto Utrum omnis inanis gloria sit peccatum mortale. Arguitur quod sic quia inanis gloria mercedem eternam excludit quam inanis gloria est peccatum mortale. assumptum probatur per illud Mathei vi. attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. ¶ In oppositum arguitur auctoritate Criso. super Math. dicentis quod cum cetera vitia locum habeant in seruis diaboli inanis gloria locum habet etiam in seruis xpi sed in seruis xpi nullum est peccatum mortale igitur non omnis inanis gloria est peccatum mortale. ¶ Ad hanc questionem respondet beatus Tho. sub aliquibus propositionibus. Prima est inanis gloria que contrariatur caritati est peccatum mortale que autem non contrariatur caritati non est peccatum mortale istam supponit beatus Tho. Secunda propositio inanis gloria non contrariatur caritati quantum ad dilectionem proximi. Hanc etiam supponit beatus Tho. Tertia inanis gloria qua quis de falso gloriatur contrariatur caritati quantum ad dilectionem dei. probatur quia contrariatur diuine reuerentie secundum illud Eze. xxviii. Eleuatum est cor meum et dixisti deus ego sum. Quarta propositio inanis gloria qua quis ita de aliquo bono gloriatur tanquam non acceperit contrariatur caritati probatur quia etiam contrariatur diuine reuerentie secundum illud Corin. tercio. quid habes quod non accepisti quid gloriaris quasi non acceperis. Quinta propositio inanis gloria qua quis bonum temporale de quo gloriatur prefert deo contrariatur caritati probatur per illud Iere. ix. non glorietur sapiens in sapientia sua nec fortis in fortitudine nec diues in diuiciis suis sed in hoc glorietur qui gloriatur scire et nosce me. Sexta propositio inanis gloria qua quis prefert testimonium hominum testimonio dei contrariatur caritati probatur per illud quod contra quosdam Joh. xii. dicitur qui dilexerunt magis gloriam hominum quam dei. Septima propositio inanis gloria qua glorians refert intentionem suam ad gloriam tanquam ad vltimum finem ad quem ordinat opera sua virtuosa et pro illa consequenda non pretermittit facere ea etiam que sunt contra deum est peccatum mortale probatur per Augus. v. de ciuitate dei dicentem quod hoc vitium scilicet amor humane laudis tam inimicum est pie fidei si maior sit in corde cupiditas glorie quam dei timor vt dominus diceret Johan. quinto quomodo potestis credere gloriam ab inuicem expectantes et gloriam que a solo deo est non querentes. Octaua propositio si amor humane glorie quamuis sit inanis non repugnat caritati neque quantum ad id de quo est gloria neque quantum ad intentionem gloriam querentis non est peccatum mortale sed veniale non omnes ille propositiones michi videntur vere. ¶ Et ideo sit prima conclusio. Inanis gloria interdum contrariatur caritati quantum ad dilectionem proximi. probatur omnis inanis gloria qua ita nobis appetimus gloriam vt gloriam qua dignus est proximus sibi subtrahamus contrariatur caritati quantum ad dilectionem proximi sed aliqua est inanis gloria qua ita nobis gloriam cupimus vt gloriam proximo debitam subtrahamus igitur. minor probatur multis exemplis. nam contingit frequenter quod aliquod magnum opus a duobus factum est et tamen quod vnus totam gloriam huius rei sibi tribuat. In quo casu constat quod iste qui gloriam totam sibi tribuit ledit proximum et inanis affert sibi detrimentum quam si priuaret eum veste vel pecunia. Alius casus est vt si sit aliquod egregium opus super euangelia ab aliquo magno doctore compositum et alius furtim sublato opere tanquam suum publicet et gloriam et titulum operis sibi tribuat constat quod grauiter offendit proximum et facit opus contrarium inclinationi caritatis in dilectionem proximi. Confirmatur quia secundum Thomam illa inanis gloria qua quis priuat deum gloria totam gloriam sibi tribuendo contrariatur caritati quantum ad dilectionem dei ergo etiam illa inanis gloria contrariatur caritati quantum ad dilectionem proximi qua quis frustrat et priuat proximum gloria sibi debita. ¶ Secunda conclusio non omnis inanis gloria qua quis de falso gloriatur contrariatur caritati quantum ad dilectionem dei probatur ista conclusio in omni iactantia qua quis fingit de se bona non inexistentia glorie

S. tho. vbi supra

arg. tho

tho. 2.2. q. ... arti. 2

3

4

5

6

7

August.

8

S. thom.

causa est inanis gloria qua quis de falso gloriatur
inania quidem gloria quia fingit talia sibi inesse
glorie causa. de falso autem gloriatur quia fingit
et simulat glorie causa ea bona sibi inesse que non
insunt. sed aliqua iactantia est qua quis fingit de se
bona non inexistentia aut maiora q̄ insint glorie
causa igitur aliqua inanis gloria qua quis de fal
so gloriatur non est contraria caritati q̄tum ad
dilectionem dei. minor pbat̄ per Arist. quarto ethi
Aristoteles. corum cap. de veritate dicentem. maiora aūt existē
tibus fingens nullius gratia prauo quidē assimula
tur ⁊c. ⁊ statim post si autem gratia alicuius q̄ qui
dem glorie vel honoris non valde vituperabilis vt
iactator vel vt habet alia translatio vt ostentator.
Ex quo sic arguitur omnis peccans mortaliter et si
li. de miseria hominis: superbia cunctis importabilis est et omnibus odiosa. Est per illud eiusdem: omnis vitiosus diligit sibi consimilē, superbus autē odit elatum. Tertio probatur conclusio: ois habitus inclinās ad appetendum insolita, fastidiendum cōsueta, ad recusandum et negandum ea que sūt in honorē et consolationē eorum cū quibus versatur, ad imperiose se habendum erga eos, est appetitus excellentie cōtēptiue, qr multa pars istorum pertinet ad contemptum; sed superbia est hmōi, igitur. Minor probatur per eundem Inno. li. eodem dicēte: superbus insolita gestit, cōsueta fastidit; magnum reputat si loqui dignetur, maxime si fuit gat et amplexetur; estimat dignitatē plus ab ipso q ipm assecutum ex dignitate; nunq vult vti affectu paternitatis sed semper vult vti impio dominatio. Quarto omnis habitus appetitiuus excellentie inclinans hominem ad hoc q se doctiorem existimet his qui doctiores sunt et eos quasi ex auctoritate docere presumat est appetitiuus excellentie contemptiue, sed superbia est huiusmodi, igitur. Minor probatur per Gre. li. xii. moralium dicētem: habent hoc omnes arrogantes proprium ut cum iniqua priores senserint in visum hoc elationis inflectant, propter quod vnde per intellectum semetipsos altiores sunt, inde per timorem in foueam elationis cadunt, se doctis doctiores existimant, reuerentiam sibi a melioribus exigunt et docere superiores quasi ex auctoritate contendunt. Quinto probatur auctoritate eiusdē Gre. li. mor. xxxiiii.: cunctis inquit superbia apud se cogitatione tumentibus inest clamor in locutione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tristicia, inhonestas in imagine, erectio in incessu, rancor in responsione. Horum mens semper ē ad erogandas contumelias, ad tollerandas infirma, ad obediendum pigra, ad lacessendum alios importuna, ad ea que facere debet et preualet ignara, ad ea autē que facere nec debet nec preualet parata; in id quod sponte non appetit nullis exhortationibus flectitur, ad hoc autem q latenter desiderat querit vt cogatur, qr dum timet ex desiderio suo vilescere, optat vim ipsam voluntate tollerare. Sexto probatur auctoritate Augus.

Augusti.

de penitentia dicentis: humiles celum petunt dum se infra alios deiciunt, superbi infima petunt dum despiciūt ceteros; isti dum se despiciunt celestibus iunguntur, illi dum se erigunt a superioribus diuiduntur. Septimo per eundē ibidē: superbia inique aliter prepositos, aliter subditos temptat. Et paulo post: viles et inutiles eos qui subiecti sunt ostendit, ita ut nullum iam quasi dignum respiciat cui equanimiter loquatur, vnde mox mentis tranquillitatē tūc amittit qr cunctos despicit, et tanto irrefrenatius se in iracundiam dilatat quanto eos qui sibi commissi sunt esse sui indignos putat.

Gregorius.

Octauo auctoritate Grego. xxiii. li. moralium dicentis: sancti viri aliena opera etiam praua mirantur, sua vero etiā magis despiciunt; aut contra arrogantes aliena etiā magna despiciūt, sua q etiā parua mirantur, et plerumq de suis malis bona estimant, de alienis autem bonis male sentire nō cessant. Ex quibus omnibus patet q superbia est appetitus excellentie contemptiue et despectiue.

¶ Quarta conclusio. Excellentia quam appetit superbus est alterius rationis ab excellentia quam appetunt presumptuosi, ambitiosi et vani. Patet quia omnis excellentia que scdm se et prime est contemptiua est alterius rationis ab ea que non est scdm se et proxime contēptiua; sed excellentia superborum est contemptiua vt probatum est, aliorum autem non, igitur.

Nota.

¶ Pro intellectu huius conclusionis est aduertendum q quipro preest superbus ille in sua opinione sui timidus et istatus et opinionem sue magnitudinis et excellentie se a maiorum subiectione substrahere contendit, et alios nititur sibi subicere, non pro officio aut dignitate aut administratione suscepta, sed solum pro opinione sue excellentie, ita q sicut videmus q propter officium aut dignitates rationabiliter alter alteri subditur, vt monachus priori et prepositus balliuo, etiam interdum propter officium alter ab altero eximitur, neq etiam propter officium vnusquisq subicitur alteri, quia vnumquodq officium limites suos habet, superbus existimat similiter q propter excellentiam quam de se estimat nulli debeat esse subditus, aut saltem nō cuilibet cui tamen decet eum esse subditum, et vult alios sibi obsequi, obedire et in nullo contradicere.

Conditiones superbi.

¶ Et cum sint duo obedientie genera, vnum iuris, aliud moralis honestatis, sicut et duo dominia, superbus autem se ab obedientia iuris substra

R

hi et ceteros sibi subiici vult subiectione morali hōnestatē emētiendi et idcirco oēs cōtempnit ꝛ oībus sit importabilis. Excellentia enī quā appetit supbus est que dicta est: nec iudicio meo competentius potest explanari. nā sicut per dignitates honorabiles et potentatū quia acquiritur quoddam prelationis sup

Cōpatio. alios et ab aliquoꝝ aliorū subiectione substrahitur. ita per opinionem quam habet superbus de excellētia sua se a subiectione eorū quibus et iure et morali honestate subiectus esse debet subtrahit. et alios ml'tos qui nec iure nec morali honestate subiecti sunt sibi subicere contēdit. Et sicut vanus per testimoniū hominū vult gloriam assequi ita superbus hmōi testimonio neglecto per solam opinionē quā ipse de seipso habet vult haberi gloriosus ꝛ propter hec vanus se lenē ꝛ blandum simulat superbus vero crudelem superbus timeri vult van⁹ amari quod expressit Hugo de

Hugo. sacramentis li. ii. pte. iii. ca. i. dicens. Superbus eo ꝙ sibi placet alienū testimoniū despicit. iactātia autem vt magis sibi placeat alienū testimoniū requirit sibi iactantia se lenē ꝛ blandū simulat. Superbia vero crudelem se demōstrat. superbia enī timeri vult. iactantia amari. Ex quibus verbis ꝓbatur scđo conclusio. Excellentia inclinans ad famā ꝓcurandā lenitatē ꝛ blanditiē et ad amorem verū vel apparentē est alterius rōnis ab ea que in omni ad contraria inclinat: sed appetitus excellentie in iactatore vano inclinat in hec oīa. In superbo aūt contraria horū oīm vt pꝫ ex verbis allegatis. eadem minor pōt ꝓbari de am-

Innocēt⁹ bitione sicut de iactantia auctoritate Innocen. libro de miseria hoīs dicentis ambitiosus semper pauid⁹ semp attentus quid ne dicat vel faciat quod in oculis hoīm displiceat humilitate simulat honestatē mentitur affabilitatem exhibet benignitatē ōndit subsequi

S tur obsequitur cunctos honorat vniuersis se inclinat optimatibus assurgit ꝛ amplexat applaudat ꝛ adulatur ꝓmptus ꝛ feruidus vbi placere cognouerit remissus et tepid⁹ vbi displicere putauerit. His verbis Innocen. exprimit conditiones ambitiosorū que ta-

Cōditiōes āmbitiosi. men omnino contrarie sunt conditionibus superborum per Hugonē et alios positis. Tertio appetitus excellentie est alterius rationis in illis in quibus habet contrarios effectus. sed appetitus excellētie in superbis inclinat ad fugiendum omnia que videntur seruilia etiam si per ea multa et magna possint bōa acquiri. In aliis autem inclinat ad hec omnia quando bona que appetunt possūt per hec obsequia ꝛ seruilia adipisci igitur. Scđa pars minoris patet ex auctoritatibus tam allegatis de iactatoribus ꝛ ambi-

Aristote. tiosis. Prima vero pars ꝓbatur etiam partiso. in quarto ethicorū ita dicentem Despectores autem ꝛ iniuriatores vbi alia translatio habet superbi autē et petulantes et talia habentes mali efficiuntur. sine virtute enim non facile ferre moderate bonas fortunas non potentes aūt ferre et existimantes alios superexcellere illos quidam cōtempnunt ipsi aūt quecunqꝫ vicqꝫ contingit operantur imitātur enim magnanimū non similes existentes et statim post sequitur contempnunt autem alios. Ex quo textu apparet primo pro conclusione precedente ꝙ in superbo ē appetitus excellentie contemptiue. Ad propositū autem sic arguitur. superbus quantum possibile est imitatur magnanimum; sed magnanim⁹ fugit hec oīa seruilia vt blandicias adulationes obsequia vt habet Aristo. eodem capitulo. cum ait. Et ad alium nō posse viuere sed vel ad amicum. seruile enim propter quod ꝛ omnes blanditores seruiles ꝛ humiles blāditores igitur. ¶ Quinta conclusio. Superbia stricte accepta est peccatum. probatur omnis appetitus inordinatus excellentie contemptiue est peccatum: sed supbia est appetitus inordinatus excellētie contemptiue ꝙ supbia est peccatum. Ad hanc ꝯclusionem possent adduci multe auctoritates supra allegate. ¶ Sexta cōclusio. Supbia habet viciū sibi ꝑm defectū oppositū ꝓbaꝫ quia omne viciū oppositū virtuti scđm excessū habet viciū sibi oppositū ꝑm defectuꝫ sed supbia opponitur humilitati ꝑm excessū. ergo habet aliud vitium sibi oppositū ꝑm defectū. Et si queras quod est illud vitium. Rūdet beat⁹ Tho. ꝙ hu-

Tho. 2. 2ᵉ q̄st. 161. ar. 1. militati opponiꝫ pusillanimitas ꝙ̄ importat applicationē animi ad aliqua viliora ꝙ hominem deceat. Michi autem videtꝫ ꝙ ꝓprie oppositū humilitatis ꝛ supbie secundum defectum est amor delectionis ap-

Opi. dn̄. preciatiue qua sic quis pasim indifferenter ꝛ sine cōsideratione se subicit omnibus vt si que bona habent vel dignitates vel officia veniāt in ꝯteptum nec propter quecunqꝫ bona que habet erigat aīm ad veram dignitatē ꝛ mediocritatem etiā. cetera aūt ꝙ̄ in aliis sūt ita estimet vt ea multi faciat ꝛ supra rōnem appreciet. nam sicut superb⁹ sua appreciatur et aliena ꝯtempnit ita ꝑ oppositum iste pusillanimus excedit in contēpnendo se et sua ꝛ in apꝑciando aliena. sine deficit in apꝑciando se ꝛ sua et in cōtempnendo aliena. superbus pluris facit scientiam suam ꝙ aliorum virtutes ꝛ diuicias suas ꝙ aliorꝫ scientiam ꝛ se per hec multo excellentiorē ꝙ sit existimat alios vero non existimat esse alicui⁹ excellentie ꝓpter bona que hn̄t econtra autē iste pusillanim⁹ bona sua nullius p̄cii putat

Differētia supb⁹ et pusillanimis. necesse per hec cuiuscunqꝫ excellentie existimat. alios aute omnes magnis et multis bonis ꝛ sine cōparatione maiorib⁹ refertos arbitratur ꝛ plus existimat diuicias eoꝝ vel alia ipsa bona ꝙ bona corporalia nō mouet officiis non dignitate. aut alio publico munere. vt aliquid quod auctus est in alios exequatur non quia putet se nō posse bene exequi aut quia laborem vel piculū formidet sed quia indignū putat vt vir de

Nota. lectus ꝛ vilis quicꝙ exerceat iuris aut honeste actionis que maioritatē p̄tendere videaꝫ in eos quos credit digniores ꝛ excellentiores pro simplicitate sua. ꝙ autē sit aliqua hmōi delectio etiam in nimis deficiens a vera humilitate ꝓbatur primo vbicunqꝫ est certa mēsura seruanda ibi potest esse excessus ꝛ defect⁹. sed in humilitate est certa mensura seruanda: ergo in humilitate potest esse excessus ꝛ defectus. minor ꝓbaꝫ per

Ambro. beatum Ambro. sup beati immaculati grāde est inquit in omnibus humilitatis tenere mensurā. Scđo ꝓbatur per illud duodecimo de mistico somno. humilis est ꝙ seipsū apud se veraciter contempnit. humilior aūt qui se contempni ab aliis nō refugit. humillimus autē qui contemptum suum non solum non contempnit sed ad modū concupiscit. Tertio ꝓbatur auctoritate

Gregorii. Gre. in moralib⁹ li. xxvi. dicentis. dum platus plusꝙ decet delicit subditorum vitam stringere sub disciplina non potest. ex qua auctoritate patet primo quod contingit se delicere plusꝙ decet. Scđo patet quod inde detrimentū consequatur. Quarto ꝓbatur auctoritate Grego. in registro dicentis. sic seruanda ē virtus humilitatis vt non soluantur iura regiminis. ne dum platus plusꝙ decet deiicit subditorū vitaꝫ restringere sub discipline vinculo non possit. Quinto ꝓbatur auctoritate eiusdē Gre. in pastorali dicētis sūt nōnulli qui ex sola humilitate refugiunt ne eis quibus impares se estimant preferantur quorum profecto humilitas si ceteris virtutibus cingitꝫ tunc ante dei oculos vera est cum ad suscipiendum hoc quod vtiliter precipitur pertinax non est. neqꝫ enim vere ē humilis qui superni nutus arbitrio vt decet preesse intelligit et tamen preesse contempnit. sed diuine disposi sub

illius atq; a vitio obstinationis alienus cum sibi re-
giminis culmen imperatur et ex corde debet fugere
et cunctis obedire. Ex p̄dictis infero ꝙ applicare aīm
Conclu. ad res viles que non decent hominem nō pertinet i-
mediate ad pusillanimitatem oppositā sup̄bie vt vult
Thomas ꝓbatur primo ex dictis quia defectio app̄-
ciatiua est illa pusillanimitas opposita superbie: sed
hmōi applicatio animi non est defectio appreciatiua
cum possit esse hmōi defectio sine quacūq; tali appli
catione. Secūdo vitiū oppositū in defectu sup̄bie po
test consūmari sine quocunq; corporali misterio: sed
huiusmodi applicatio ad res viles non potest cōsum
mari sine quocūq; corporali ministerio ergo hoc non
est illud minor est certa quia non pōt cōsummari sine
rebus vilibus maior ꝓbatur q2 sup̄bia pōt cōsūma
ri sine materia exteriori ergo et ipsiū vas et vitiū sibi
Cassian. in defectu oppositū assūmpsiū probatur per Cassia.
collatione quinta ꝓbantē iactantiā et superbiā sine
vllo corporali ministerio consūmari posse vt probat
de luxuria lucifer que fuit tantū animo et cogitatio-
ne concepta ac consūmata. Et si dicas ꝙ sine corpali
ministerio potest esse volitio huiusmōi applicationis
ꝶ ꝯ sideo ꝙ cōsūmatio non dicitur in omnibus p̄fecta
volitio: sed hmōi volitionis executio ille enī nō dicit
consūmasse luxuriam vel castrimergiam qui perfectā
volitionem luxurie et consensū habet sed q opecom-
plevit quod mente concepit. non est autē semp necessa
ria in consūmatione luxurie operis executio. Tertio
hmōi applicatio animi interdū venit ex auaricia aut
ex voluptate carnali ergo nō est vniuersaliter vitium
superbie oppositū. aīns notū est p experientiā. Quar
to hmōi pusillanimitas quando ex defectu magna-
nimitatis venit est vitiū directe oppositū presūptio-
ni. ergo nō est vitiū directe oppositum superbie. con
sequentia tenet q2 scōm Tho. presūptio et superbia
sunt vitia specie distincta. Et aīs ꝓbatur q2 huic qd
est administrare ea que sūt supra vires directe oppo
nitur illud: qd est administrare illa que infra sūt intra
vires ꝛ dignitatē hoīs vt ꝓvilitate sua hoīem deiciāt
ꝛ cōtemptibilē reddant. ¶ Cōtra primam cōclusionē
arguitur p̄mo aucto. Isido. supra per Tho. allegata
Scōo superbia non est aliud ꝙ̄ inordinatus appeti-
tus excellentie sed q̄cūq; inordinate appetit excellen-
tiā appetit supra id qd est et ecōtra: ergo sup̄bia diffi
nitiue est tendere supra id qd est. Tertio cōtemptiuū
est cōnotatiuū extrinseci ꝙ aliquid ꝓpriū superbie p̄t
ns dicitur de superbia ꝙ̄ cōtemptiuū sed illud non vi
detur esse nisi excellentia: ergo diffinitio sup̄bie ē īor
dinatus appetitus excellentie. ¶ Ad primā respōdeo
Isidorus ꝙ Isi. loquitur de superbia cōiter dicta ad inanē glo
riam ꝛ ambitionē ꝛ p̄sūptionē ꝛ superbiā stricte ac-
ceptam conclusio aūt est de superbia stricte accepta
¶ Ad scōam concedo aīs de sup̄bia cōiter accepta.
¶ Ad tertium nego aīs. ad ꝓbationē rñdeo dupliciter
p̄m̄ ꝯcedēdo p̄mā p̄tē ꝛ negādo scōam licet enī ali-
quid ꝓpriū sup̄bie p̄us de sup̄bia dicatur q2 tñ illud
nobis est incognitū iō fuit p p̄dicata cōnotatiua extri
secē circūloq̄ndū. Scdo scōo negādo ꝯñam q2 sup̄bia
est accidens simplex stans ꝛ quodlz aliud qd non est
diffiniendū p p̄dicata cōnotatiua p̄tiuz intrinsecarū
q2 in accidētibus vel nō sūt p̄tes vel oēs p̄tes sūt eius
dem rōnis. Et ideo necesse est ꝙ diffiniant p p̄dicata
que extrinsece cōnotāt neq; oportz esse alia predicata
priora p̄p̄a diffinitio intrinsece cōnotantia. ¶ Cōtra
tertiā conclusionē arguitur sic. superbia est inordi-
natus amor excellentie appreciatiue. ergo non est in-
ordinatus amor excellentie contemptiue. consequen-
tia tenet quia eadem excellentia non est contemptiua
et appreciatiua. ¶ Secundo si sic sequeretur ꝙ nul-
lus sup̄bus esset laudatiuus nec blāditor nec luxurio
sus. sed ꝯñs est falsum: patet ꝯña quia omnes isti
sunt appreciatiui eorum quibus blandiunt quos
laudant cum quibus luxuriantur. falsitas cōsequē
tis patet per experientiam. Confirmatur. Superbia
est origo omniū vitiorū ergo sup̄bia inclinat in act⁹
omnium vitiorum ergo inclinat ad appreciationes
aliorum inordinatas. ¶ Tertio de ratione superbie
non sunt nisi duo scz excellentia ꝛ contēptus: sed ista
duo cōueniūt pusillanimitati opposite: ergo hec duo
nō sufficienter diffiniunt superbiam. ¶ Quarto in su
perbo non ponuntur nisi duo scz amor excellentie ꝓ
prie ꝛ contemptus aliene: sed ista duo non oriuntur
ex aliqua eadem causa. nec primum ex scōo nec scōm
ex primo igit. minor ꝓ prima parte probatur quia
illud ex quo nascerentur aut esset proprium superbie
et tunc est aliquid propriū sup̄bie preter ista duo istis
duobus primus per quod fuit diffiniēda sup̄bia aut
est cōe ꝛ tūc illud conuenit superbie et multis aliis et
per consequens ista duo etiam multis aliis a superbia
ꝯueniunt et ita ista diffinitio nonē propria diffi
nitio pro tertia parte patet q2 multis inest p̄mū qb⁹ nō
inest scōm vt ābitioso iactatori p̄sūptuoso ꝓ scōa p̄te
p2 q2 in ē multis scōm qb⁹ nō inest p̄mū vt iracū
do ꝛ odiosio q̄nto ambitios⁹ ꝛ iactator sūt ꝯtēptiui
ergo eis ꝯuenit diffinitio sup̄bi aīs ꝓbat tū p̄mo p
experientiā tū scōo q2 oē iclinās ad aliqd ꝯsequēdū
iclinat ad oē illud qd p̄tinuare ꝯsecutionē illi⁹ sz ꝯtē-
ptus alioꝝ ꝛ diminutio glorie iuuat ad hoc ꝙ ābitio
sus ꝯsequat honorē ꝛ iactator sine vani⁹ gl'iam igit.
¶ Sexto ira ē appetitus excellētie ꝯtēptiue ꝙ hic ora
tio hec nō bñ diffinit sup̄biā aīs probatur ꝙ sit ap-
petitus excellentie omis ille cuius cōtemptus causat
in eo tristiciā habet appetitū excellentie: sed in irato
contemptus ꝛ parui pensio causat tristiciam vt patet
ex Aris. scōo rheto igit. ꝙ excellentia ei⁹ sit contēpti
ua patz q2 est vindicatiua ergo ē ꝯtēptiua ꝯña tenet
q2 si appreciaret eū non vlcisceret. Tū q2 ꝯtēptus ē
virtus vlciscendi mod⁹. ¶ Ad p̄mā rñdeo ꝙ sup̄bia est g
appreciatiua ꝛ ꝯtēptiua app̄ciatiua bonorū q̄ super
bus habet. contemptiua bonoꝝ alienorum. appcia-
tio ipsa signat cū dicitur ꝙ est amor excellētie hoc enī
euidenter importat ꝙ appreciatur sua. p hoc aūt ꝙ ad
dit cōtēptiue significat cōtempt⁹ alienorum. Et ideo
vt ista diuersa significent melius dicit ꝙ est amor ex-
cellentie contēptiue ꝙ̄ appreciatiue. nec valet conse-
quentia ē amor excellentie appreciatiue ꝙ nō contem
ptiue q2 eadē excellētia est suoꝝ appreciatiua ꝛ alioꝝ
contemptiua. ¶ Ad scōam nego ꝯñam sz bene sequit
ꝙ sup̄bus nō est inq̄tū sup̄b⁹ laudatiuus nec adula-
tiuus sed q2 contingit ꝙ sup̄b⁹ aliq̄n sit iactator aut
ambitios⁹ per habitū superbie inclinat ad contem-
ptū ꝛ p habitū ambitionis inclinatur ad adulatio-
nē ꝛ ad multa seruilia min⁹ tamē inclinat ad hec ꝙ̄
ambitios⁹ nō sup̄bus eo ꝙ frequēter istarū iclinatio
nū vna impedit aliā. idē etiā diceret de sup̄bo auaro
ꝙ scilicet p habitum auaricie inclinat ad act⁹ appre
ciandi seruiendi ꝛ obsequēdi. a quib⁹ tamē distrahit
per habitū sup̄bie. Et ideo in tali ē frequēter grauis
pugna propter huiusmodi inclinationes contrarias.
Ad cōfirmationē quicq̄d sit de aīte q2 postea dicetur
de hoc. rñdeo ꝙ aliqs habit⁹ dicit iclinare ad aliqd a
dupliciter. vno mō immediāte. alio mō mediāte actu suo
elicito hoc mō ꝯtingit dupliciter. vno mō mediante actu
suo ꝓxime. alio mō mediāte actu suo remote. Primo
mō sup̄bia iclinat in actū suū. Secundo modo incli-
nat in actum ambitionis puta superbia inclinat pri
mo in volitionem excellentie et appreciationis et q2
iudicat se magis appreciandum si constituatur

in magno honore vult aliquem magnum honorē cōsequi quod est ambitionis quia supponitur q eo nō sit dignus. Mediante autē illo actu et iudicio quo iudicat se non nisi adulando aut obsequendo et laudando eos a quibus dependet huiusmodi honor talē honorem posse consequi inclinat in huiusmodi actus. Dico ergo q proximum inclinans ad huiusmodi appreciationes inordinatas est actus ambitionis cū iudicio supradicto remotum est actus superbie remotius est ipsa superbia. Ad tertiam concedo antecedēs pro prima parte et nego pro secunda nō enim illa appreciatio que conuenit superbo conuenit pusillanimo opposito quia superbo cōuenit appreciatio sui et suorum pusillanimo autē alienorum nec illa despectio q cōuenit superbo conuenit pusillanimo quia superbo conuenit despectio siue cōtemptus alienorum, pusillanimo autē cōtemptus inordinatus sui et suorum. Et si dicas superbus et pusillanimus eadem contēnūt et eadem appreciant ergo est in eis eadem appreciatio et idem contemptus, añs probatur volo q sint duo viri superbus et alius pusillanimus, petrus scz et iohannes. Tunc sic petrus per habitum superbie appreciatur bona que ipse petrus habet et eadem bona etiam appreciatur Io per habitum sue pusillanimitatis et idem petrus despicit bona que habet iohannes et eadem bona iohānes etiam despicit per habitum sue pusillanimitatis ergo superbus et pusillanimus eadē appreciantur et eadē cōtempnūt. Ad hanc rōnē concedo añs et nego cōñam q non appreciantur et cōtempnūt eadem scdm eandē rōnem, nam bona que appreciatur superbus scdm q sua sunt appreciatur, pusillanimus scdm q aliena ita q si eadem essent in eo ipse ea cōtempneret, et bona q despicit superbus secundum q aliena, despicit pusillanimus secundum q sua sunt. ¶ Ad quartam nego minorē pro tertia parte et dico q ex inordinato amore excellentie procedit cōtemptus aliene. Et ad probationem nego assumptū et dico q cuilibet inest amor excellentie proprie eiusdem rōnis illi que appetitur a superbo et inest ei cōtemptus excellentie aliene. Et ad probationem dico q vt iam dictum est q in iactatore et ambitioso et presumptuoso nō est amor excellentie eiusdem rationis illi que est in superbo. Ad quintā nego q sint cōtemptiui per habitū iactantie et ambitionis. Ad primam probationē concedo q aliqui expelluntur q ambitiosus et iactator cōtempnit aliorum licet non ergo sequitur q hoc faciant per habitum ambitionis vel iactantie. Ad secundam probationem dico q quando aliqui duo possunt equaliter inuare ad consecutionē dilectionis et eque faciliter possunt haberi et nō plus, iuuant ambo q vnus eorum tunc dico q habitus ille non inclinat in quodlibet illorum minimum simul et copulatiue sed tm disiunctiue quia si non valeant equaliter sz vnū sine altero nō posset econtra tunc bene tunc inclinat in illud q pōt per se iuuare. Ita est autē q cōtemptus nō iuuat sine detractione, et detractio bene iuuat sine cōtemptu facilius pōt haberi quam cōtemptus quia cōtemptus exigit iudiciū et estimatione que frequenter nō ita in promptu est sicut obloqui et detrahere. Iō dico q iactantia et ambitio magis inclinant ad oblocutionē diffamationē et detractionē quam ad cōtemptū. ¶ Ad sextā nego añs, ad primam dico q aliud est appetere excellentiā et tristari de perfectione aliene cōtemptus ubi vicina sunt. Iō etiā aliud est superbia et ira licet ex se inuicem frequenter oriantur. Iō respondeo ad formā nego simpliciter minorē assumptā, ad probationē antis ad probationē secunde partis nego cōñam nec enim vindicatiua est cōtemptiua, nec exigit de necessitate contemptum. Et ad probationem primam nego assumptum. Est tamen duplex appreciatio una amicitie et caritatis et de illa concedo alia estimationis et de illa nego multi enim vlciscuntur in eos quos magnos sciunt esse et iudicant. ¶ Ad secundam probationem concedo assumptū et nego consequentiam, nam cū cōtempnere sit vnus modus vlciscendi preter quem sunt alii plures vt apparet satis q nō valuit hec consequentia est vindicatiua ergo cōtemptiua nec consequentia valet est cōtemptiua ergo vindicatiua quia contemptus multociens assumitur propter aliam causam quam propter vindictam. ¶ Contra quartam conclusionem. Arguitur primo sic. Superbus appetit excellentiam glorie sicut vanus excellentiam honoris sicut ambitiosus et excellentiam administrationum sicut presumptuosus ergo excellentia quam appetit superbus non est alterius rationis ab excellentia quam appetunt alii. Secundo si ista sit alterius rationis hoc est aut quia superbus appetit videri excellentior quam sit et hoc non quia talem excellentiam etiam vanus appetit, aut quia appetit aliquam excellentiam quam non habet et hoc non quia ambitiosus appetit etiam excellentiam quā non habet et honores quos nō habet et presumptuosus ad ministrationes quas non habet, aut quia de facto estimat se excellentiorem quā sit et hoc non quia etiam predicti se excellentiores estimant quam sint ergo non videtur q excellentia appetita per superbum sit alterius rationis ab excellentia appetita per alios. ¶ Ad primam dico q superbus non appetit secundum q superbus predictas excellentias nisi secundum q sunt quedam media ad excellentiam quam principaliter appetit quia est parum que sit in eo magna ideo se existimat dignum omnibus illis, omnia tamen hec ordinat in excellentiam illam quam principaliter appetit. ¶ Ad secundam dico quod nec licet sic sed q excellentie sue amor est contemptiuus siue despectiuus et propter huiusmodi excellentiā cetera appetit excellentia quam alii appetunt non est talis. ¶ Contra quintam conclusionem. Arguitur sic primo nullum peccatum est repromissum a deo sed superbia connumeratur inter promissiones diuinas ergo superbia non est peccatum, maior probatur quia deus non repromittit nisi ea quorum ipse est actor sed deus non est actor peccati igitur minor patet per illud ysa. lx. ponā te in superbiam seculorum gaudium in generatione et generationem. Secundo non est peccatum appetere diuinam similitudinem cū hanc quelibet creatura naturaliter appetat et in hoc optimum eius consistat q sibi deo similis fit superbia appetit quis diuinā similitudinem quia vt habetur in libro sententiarum prosperi superbia est amor proprie excellentie deus autem summe et excellentissimus igitur. Tertio appetere se esse excellentem non est peccatum sed superbia est amor proprie excellentie igitur superbia non est peccatum, maior patet quia in bonitate et aliis perfectionibus consistit excellentia sz amor huiusmodi perfectionum est huiusmodi ergo amor proprie excellentie nō est peccatum. ¶ Ad primam respondeo dupliciter vno mō negando minorem. Et ad auctoritatem dico q in illis verbis deus nō promittit superbiā sz promittit exaltationem. Iu. i. contra superbiā seculorum .i. vniuersorum populorum. Secundo respondeo q superbia accipitur dupliciter, vno modo pro excessu regule rōnis excedēte et hoc mō est peccatū sz nō accipitur sic in auctoritate allegata, alio mō pro omni excessu bonorum qui excessus vocatur superbia eo q natus sit in multis inclinare ad superbiam et hoc modo accipitur in auctoritate. Sed de superbia hoc modo accepta nō intelligimus cū dicimus eam opponi humilitati. Et hec solutio satis cōcordat cū solutione tho. ¶ Ad secundum respōdeo q appetere diuinam similitudinem cōtingit dupliciter, vno mō cum quis vult et optat imitari deum in his in quibus est a creatura rationali imitabilis

Arg. tho. 2.2. q̄sti. 162. ar.

2. solutio

Et hoc modo appetere diuinā similitudinē nō ē peccatū s; vn mosū. Alio modo cum quis vult τ estimat se eē similem deo aut multum appropinquare ad pfectionē diuinā τ hoc est graue peccatū. Et ad minorem nego eam quia superbus inordinate appetit excellētiam suam deus aūt ordinatissime: superb⁹ amat excellentiam despectiuam: deus aūt excellentiam excellentie cōitatiuam. Superbus mala sua bona eē existimat in deo aūt omnia sunt excellentissima. Supbus non solū mala alioꝝ despicit sed etiā bona contemnit deus aūt a malis reuocat et bona approbat et munerat. ¶ Ad tertiam concedo maiorē sed minor nō est debite subsūpta sub maiore quia superbus nō appetit se esse excellentem s; amat se esse excellentē excellentia contemptiua. nō valet aūt consequētia ꝙ amat se esse excellentem: aliter respondeo ꝙ cōtingit dupliciter appetere se eē excellentem scz ordinate τ hoc non est peccatū τ inordinate τ hoc est peccatum amare excellentiā suam ordinate est amare bona et eo modo quo ex eis vera excellentia nascitur et hoc nō facit superbus inordinate est amare bona quibus non nascitur excellentia aut saltē non tanta et per ea se nichilominus excellentem existimare et hoc facit superb⁹. ¶ Ad quartā concedo maiorē et minorē et conclusionem scz ꝙ aliquis amor ꝓprie excellentie non est peccatum cum quo stat ꝙ amor inordinatus excellentie est peccatum et ꝙ amor excellentie contemptiue est pertin[illegible] umē. vbi [illegible] quto.
Contra correlariū quinte conclusionis. Ad igitur sic applicare se ad res magnas et facultatem hominis excedentes ad superbiam pertinet ergo applicare se ad res viles que non decent hominē ptinet ad pusillanimitatem supbie oppositam. Scdo posita huiusmodi pusillanimitate habituali posita est causa sufficienter inclinans ad huiusmodi pusillanimitatē ergo huiusmodi applicatio est actus illius pusillanimitatis consequentia tenet qz nulla causa sufficienter inclinat ad actum alicuius habitus nisi ipse habitus. ¶ Ad primam nego aña et dico ꝙ illud ptinet ad presumptionem ideo oppositum pertinet ad pusillanimitatem presumptioni oppositam. Et si dicas ꝙ superbi est cōiter attentare et actitare res vires suas excedentes ad hoc ego concedo nō quia hoc pertineat ad superbiam sed quia vt plurimū superbi sunt ꝑsumptuosi et in superbo non ꝑsūptuoso superbia cōiter inclinat ad primū actum presumptionis. ¶ Ad scdam nego antecedens pusillanimitas enī habitualis opposita superbie non inclinat sufficienter ad illum actum sed inclinat mediante actu suo et adhuc ad sufficienter inclinandū non sufficit talis actus pusillanimitatis sed exiguntur multa alia ꝑuia ea que inclinare solent ad actū oppositū ꝑsūptioī in defectu.

Queritur secundo. Utrū superbia sit peccatū mortale.

Et ꝙ non quia si sic tunc oē peccatū eēt mortale cū in oī peccato includatur superbia sed consequens est falsum igitur. In oppositū arguitur Superbia a doctoribus sacris dicitur insania sed nullum peccatū veniale appellatur insania ergo superbia est peccatum mortale. ¶ Prima conclusio Superbia non ideo secundum gen⁹ suū est peccatū mortale quia importat defectū subiectionis hominis ad deum secundū scz quod aliquis se extollit supra id quod est sibi prefixū secundū diuinam regulā vel mēsurā vt declarat thomas: ꝓbatur p2° nō oīs se nō ꝯformās legi diuine peccat mortaliter ꝙ nō oīs qui se extollit supra id qđ est sibi ꝑfixū ꝯm regulā diuinā peccat mortaliter. ꝙ hoc nō est sufficiēs rō vt supbia sit petm mortale. maior pbatur peccās venialiter tm nō se ꝯformāt legi die cū oīs in extensione se ꝯformās legi diuine bene agat et meritorie si sit in gratia ergo nō ꝯformans oīs se nō legi diuine peccat mortal. Secūdo van⁹ τ ambitiosus peccant aliqñ venialiter τ tñ ita peccando vanus non appetit gl'iam nec ambitiosus honores scdm id ꝙ est eis prefixum scdm regulam et mensurā diuinā ergo hoc non est sufficiens ratio ꝓpter quā aliqđ peccatum sit mortale. ¶ Tertio stat aliquē estimare de superbia id ꝙ ē sibi cōstitutū scdz regulam diuinā et nō peccare mortaliter ergo hec ratio non est sufficiens ratio peccati mortalis in superbia antecedens probatur quia stat aliquē hoc modo sic de se estimare τ ꝯtra nullū ꝑceptū diuinū peccare sed omē peccatū mortale est contra aliqđ de diuinis preceptis igitur: assumptum probat inducendo ꝑ singula precepta diuina. ¶ Quarto nō qdlibet auersio a deo est peccatum mortale ergo nec oīs defectus subiectionis ad deū est peccatum mortale: aña ꝓbatur quia non quelibet auersio a deo sit ꝑ actū nolendi s; aliqua sit ꝑ negationem actus volendi in te τ ꝓ tempore ꝓ quo non tenemur conuerti ad deū sub pena peccati mortalis. ¶ Secunda ꝯclusio. Superbia nō habet ꝙ sit scdm genus suū peccatū mortale ex hoc ꝙ ipsa est contemptus dei et mādatorū ipsius: probatur non ois supbia est contempt⁹ dei et mādatorū ip̄i⁹ ergo non omnis supbia ex illa causa cōstituit peccatū mortale antecedēs ꝓbatur stat aliquem nullo mō contemnere deū amplius quā auarus cōtempnit eū τ tamē despicere ꝓximū et forte prelatū suū aut pricipē suū ergo non reperit in oī peccato supbie ꝯtēpt⁹ positiuus dei. Et si dicas ꝙ cum de⁹ dederit preceptum de obediētia ad prelatos nō pōt quis contempnere prelatū nisi contempnat deū τ ꝑceptū eius. Respondeo ꝙ licet vbi preceptū prelati est rōnabile nō possit preter preceptū prelati quī preterea ꝑceptū diuinum tū pōt ꝯtēpnere ꝑceptū ꝑlati non ꝯtēpnēdo ꝑceptum diuinū. Nā despiciēdo ꝑlatū male estimādo de probitate sua poterit faciliter induci vt credat prelatū ꝓpter cū auaricie quā alia rōne ꝑceptum illud instituisse et ita faciliter incidet in contēptū ꝑlati τ precepti cum quibus stat ꝙ iudicet deū esse optimū et instituisse et nichil instituisse nisi qđ ē rōnabile τ ita omib⁹ ꝑceptis suis censebit esse obediendum. Et ita hoc mō superbus contempnet prelatum et preceptum eius τ tñ nō contēpnet deū et ei⁹ ꝑcepta nisi illo generali cōtemptu qui in omī peccāte mortaliter ponitur. Secūdo volo ꝙ de⁹ et ꝑlatus idem preceptū ant et ꝓ aliquo tempore sciat superbus illud esse preceptum a prelato sed ꝓ tunc nesciat esse preceptum a deo tunc ꝓ illo tempore nullo mō moneatur supbus ꝓ precepto prelati nec minus agat quā si prelatus nō precepisset immo tanto magis vt ostēdat se despicere prelatū postea cognoscat hoc eē a deo preceptū τ incipiat velle desistere ab eo illud ꝙ agebat puta a comestione carnium in [illegible] tātū dico gratia exempli nichilominus tamen vincat in firmitatē teptatio et ꝯtinuet vt pri⁹. Tunc sic Ille cōedēdo carnes agit cū ꝑceptū diuinū ex infirmitate τ nō ex cōtēptu dei ꝯ vero ꝑlati ꝑceptū agit ex ꝯtēptu ꝑlati τ ꝑcepti sui igitur possibile ē supbū ꝯtēpnere ꝑlatū τ nō cōtēpnere deū τ ꝑ ꝯñs nō habet ois supbia ex cōtēptu dei ꝙ sit peccatum mortale. ¶ Tertia cōclusio oīs superbia in deū ē peccatū mortale: ꝓbatur et supponit ꝙ supbia in deū ē amor excelētie ꝓprie cōtēptiue dei τ mādatorū suorū. Tunc arguitur sic oīs habitus cōtēptiuus dei τ mandatorum suorū est peccatū mortale s; oīs supbia in deū ē habit⁹ ꝯtēptiu⁹ dei τ mādatorū suorū ergo oīs supbia ī deū ē peccatū mortale. Scdo oīs supbus in deū vel simpliciter vel absolute contempnit deum et bona eius τ mādata ei⁹ aut

Non ois supb⁹ pec- stā te deū odit.

Supb⁹s [illegible] lat⁹ pt. in pu'do [illegible] nō [illegible] ie venia.

bona que habet a se habere existimant nō a deo, aut si habere se a deo fateat tamē se ex meritis suis habere gloriant, sȝ ois talis peccat mortaliter cū ois talis sit impius in deū: et blasphemus et ꝯtēpnat graciam et beneficia dei in homines, et neget deū eē i eū beneficū. Tercio quicquid est maxime abiectiuū gracie illud est peccatū mortale sed superbia in deum est maxime ꝓuatiua et abiectiua gracie ergo est peccatū mortale. Quarto illud qḋ est ꝯtrariū virtuti illi que est vniuersaliter et in omnibus efficacissima ad grāꝫ ꝯmerendā retinēdā et recuperandā et sine qua nō pōt ꝯmereri retineri et recuperari illud est pctm̄ mortale sed superbia in deū opponitur timori in deū qui ē huiusmodi igitur: minores istarū duarū rōnū ꝓbantur
bernard⁹ auctoritate bernardi in sermone dicentis in veritate didici nichil eque efficax esse ad grām dei ꝯmerēdā retinendā et recuperandā quam si omni tempore corā deo inueniaris nō altum sapere sed timere beat⁹ homo qui semper est pauid⁹ tunc ergo cū arriserit grā time cū abierit time cū denuo reuertetur et hoc ē semper esse pauidum cum arriserit grā time ne indigne operis ex ea. Unde apostolus: videte ne in vacuū gra
Paulus. ciam dei recipiatis: sed si recesserit gratia tunc multo magis timendū est quod vbi deficit gracia deficis et tu: sine me enim nichil potestis facere dicit dominus time ergo subtracta gratia tanquā mox casurus nec dubites in te esse superbiam etiam si nō appareat etiā si nil tibi conscius sis qḋ enim tu nescis deus scit. Nisi quid ꝙ humilitatē dat graciam humiliati aufert datā ergo argumentū superbie priuatio est gracie quāꝙ̄ interdum subtrahatur non superbia que retinet: sed que futura est nisi subtraheretur. ¶ Unde apostol⁹ stimulos carnis sustinebat humilis non quia extolleret sed ne extolleretur sed si gracia recuperata redierit multo amplius timenda et ne forte contingat recidiuū pati. Ex quibus verbis apparet pro minore pᵒ : in argumentū ꝙ abiectio gracie argumentū est superbie. Tum quia gracia superbiā abicitur, tum quia ne superbia insit gracia aliquando abicitur. Quinto quicquid affert iniuriam deo est peccatū mortale sed superbia in deum affert iniuriam deo igitur minor patet per glosam supra psalmū. xviii. Superbia nichil pōt esse deterius superbia enī a dei iniuria incipit nam si superbia in homines ad iniuria dei incipit sequitur manifeste ꝙ superbia in deū: deo affert iniuriam. Sexto superbia qua quis arrogat et attribuit sibi bonitatem suam est peccatum mortale ergo et omnis superbia in deum consequentia videtur satis nota. Et antecedens probatur Illḋ quo homo fit pessimus hominum est peccatum mortale sed tali superbia fit homo pessimus hominum: secundum illud
bernard⁹ bernardi super cantica sermone. lxxxv. ex eo quisꝙ pessimus quo optimus est si hoc ipsū ꝙ optimus est ascribit sibi. Et ratio huius dici potest esse: quia si malum est arrogare sibi bonitatē humanā arrogare sibi maiorem est deterius et arrogare maximam est pessimam. Quarta conclusio Superbia in homines est
h peccatum mortale: probatur omnis actus ꝯtrarius caritati ad ꝓximū est peccatū mortale sed superbia in homines est actus cōtrarius caritati ad proximū igitur minor patet quia est actus cōtemptiu⁹ bonorum proximi qḋ est contrarium caritati. Secundo pro
Gregori⁹ batur per illud gregorii in moralibus li. xxxiiii. Consideret homo quid in terris meretur si prelatus ange
bernard⁹ lus in celo prosternitur. Tercio probatur auctoritate bernardi sup cātica smōe lxx. loquī de supbia ꝓmūgēti et hoiē: dñe ne in furore tuo arguas me sicut āgelum extollētē se i celo: neqꝫ in ira tua corripias me sicut hominē in paradiso: hō li ꝗdē vnitatē meditati sūt alti-tudinē affectātes ille potētie ille sciē. Et sedꝫ ois altitudo cū terra ē inflat et ꝑcipitat. Quarto oē viciū ꝙ ꝓpt magnitudinē suā isania ē ē pctm̄ mortale: sȝ supbia ꝓpter magnitudinē suā ē isania sm̄ illud glose ad corintheos. v. ois supbia habet veluti i sania. Quito ꝓbat ꝑ illud glose sup psalmū. xviii. Supbia nichil pōt eē deterius. supbia eni a dei iniuria incipit que subli mitā mētes inhabitat subuertere lætitiā et cunio. Sexto omē viciū ꝙ diuidit et separat a supiorib⁹ ē peccatū mortale, sȝ supbia in hoīes est hm̄ōi igit. minor
Augusti. ꝓbat ꝑ augustinū libro de penitētia loquēte de humilibus et superbi. Isti scꝫ humiles dū se dispiciūt celestibus iungūtur. Isti scꝫ supbi dū se erigūt a supiorib⁹ diuidunt. Septimo oē viciū quo hō deputat eternis suppliciis est peccatū mortale sed supbia est hm̄ōi vi cū igit. minor ꝓbat ꝑ bernardū i apocalipsi de semel
Bernar. deliciis portātib⁹ crucē cristi et non sequētibus cristū duplici ꝯtritiōe ꝯterent ꝙ hōmi sint qꝛ et hic ꝑ tēporali glīa tēpalit se affligūt et i futuro interna supbia ad eterna ꝯtrahat supplicia laborāt cū cristo sȝ nō regnabūt cū cristo lugēt nūc sed postea nō cōsolabunt.
Gregori. Octauo ꝓbatur ꝑ gregoriū xxxiiii. moraliū dicentem ꝙ euidentissimū reprobor̄ signum supbia ē aut ꝯtra humilitas electorum sȝ hoies nō fiūt reprobi ꝑ peccatis venialib⁹ ergo supbia ē peccatū mortale. ¶ Quinto ꝯclusio. Supbia est peccatū speciale, ꝓbat primo
Augusti. auct. augustini libro de natura et gratia dicētis, querat et inueniat sm̄ legē dei supbiam eē peccatū diuersum ab aliis viciis ergo cū gen⁹ nō distinguat a suis specieb⁹ supbia non est peccatū generale sed speciale. Scdo oē peccatū quod hȝ ꝓpriū obiectū et proprium actū est speciale pctm̄, sȝ supbia hȝ ꝓpriū obiectū et ꝓpriū actū, obiectū scꝫ excellētiā propriam ꝯtēplatā, actum amare excellētiā suā hec tn̄ ꝯclusio intelligitur de specialitate distinctionis non de specialitate actiue originis. Supbia enī est peccatū speciale id est distinctum cōtra cetera genera peccatorum et non omnibus generibus peccatorū cōe est tn̄ cōe et vt e cōtrate originis actiueqꝫ ab eo omē gen⁹ peccati originari pōt vt postea patebit. ¶ Cōtra primā ꝯclusionē
Duplex specialitas act⁹. Argūit ꝑ illud apostoli. nos autē non in imēsū gl'iamur, sed scdm mēsurā quā mensus est nobis de⁹ ergo
arg. theo vbi supra art. appetere excellentia supra id ꝙ regula diuina nobis ꝯstitutū ē peccatū mortale. Scdo regula diuina vl iter est obligatoria sub pena peccati mortalis ergo quicūqꝫ appetit excellenciā ꝓpriam supra mensuram per regulam diuinam constitutā peccat mortalit: antecedens probatur aliqua regula diuina est obligatoria sub pena peccati mortalis et non est maior ratio de vna quam de alia ergo vniuersaliter quelibet regula diuina est obligatoria peccati mortalis. ¶ Tercio sic. Omnis apostasia a deo est peccatum mortale sed omnis appetens excellentiam propriam supra id quod sibi per regulam diuinam constitutum est apostatat a deo igitur. minor probatur per illud ecclesiastici. Initium superbie hominis est apostare a deo. ¶ Quarto omne peccatum eo est peccatum mortale quo contrariatur diuine dilectioni: sed superbia eo contrariatur diuine dilectioni quod non se subicit diuine regule ergo superbia eo quod est peccatum mortale ꝙ gloriam propriam amat supra id quod est sibi a deo constitutum. ¶ Ad primam. Respondeo qḋ auctoritas illa si concluderet magis concluderet de inani gloria quam superbia de sit peccatum mortale: nec oportet ꝙ omne ꝙ dissuadet apostolus sit peccatū mortale aliqua dissuadent sancti qꝛ sūt peccata mortalia alia qꝛ sūt venialia: alia qꝛ sunt inductiua faciliter in peccata mortalia vel venialia; alia quia sunt impeditiua a maiorib⁹ bonis. ¶ Ad scḋaꝫ nego

